Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166906-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166906-p0002-9

1741.

1. Biberstein, Paulus: De ephemeridibus literariis seu diariis eruditorum. Oratio inaug.

2. Helfferichius, Johannes Jacobus: De ecclesia Romana sedeque cumprimis pontificia morte Augustiss. Romanor. Imperatoris Caroli VI. summo advocato orbata

3. Helffrich, Joh. Jacobus: Causs potiores extinctae expectativae cumprimis in feuda imperii R. G. immediata majora concessae.

4. Moeglingius, Johannes Fridericus: De dimissione reorum sine sententia.

5. Schoepffius, Wolffgangus Adamus: De dolo et vi tertii ac effectibus eorum.

1742

1. Hoffmann, Gottfried Daniel: De pluralitate suffragiorum in electione Imperatoris

2. Maichelius, Daniel: De jure necessitatis

3. Pfaffius, Christoph Matthaeus: De annexis exercitii religionis evangelicae ad Ips. art. V. § 31. 2 Exempl.

1742.

3. et Pfaffius, Christoph Matthaeus: De annexis exercitii religionis evangelicae ad I. P. Art. V. § 31.

4. Schoepffius, Wolffgangus Adamus: De retractu territoriali communi, jure perpetuae reluitionis et alienatione necessaria ceu modis cumprimis Wirtemb. reluendi bona incorporata, a forensibus possessa.

1743.

1. Bibersteinius, Paulus: De praevaricationibus pontificum Romanorum in principes imper. Rom. Germanici idque iam exemplo pontificis Clementis IV. et Conradini Sueviae ducis.

2. Manchart, Burc. Jac.: Taliae leucomata.

3. Moeglingius, Johannes Fridericus: De incendiis ex causis improvisis.

4. Schoepffius, Wolffgangus Adamus: De restitutionis restitutione in integrum.

5. Schoepffius, Wolffgangus Adamus: De admixtione profanae causae in dispositione suprema ad pias causas.

1743.

6 Schoepffius, Wolffgangus Adamus: De alimentatione uxorum.

1744

1. Harpprechtus, Christophorus Fridericus: Lanx satura rerum ad testamentarias leges adtinentium

2. Krafftius, Georg Wolffgangus: De monitis quibusdam ad physicam experimentalem hodie etiamnum necessariis. Oratio.

3. Schoepffius, Wolffgangus Adamus: De jure retractus consanguineis Germanice. Einstandsrechts-Gerechtigkeit

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166906-p0006-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166906-p0007-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166906-p0008-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166906-p0009-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166906-p0010-3

Q. D. B. V.

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS,

DE

# JURE RETRACTUS CENSUALIS,

GERMANICE:

## Zins-Loſungs-Gerechtigkeit/

Quam

Authoritate

Illuſtris JCtorum Ordinis

In

Perantiqua Eberhardina,

*PRÆSIDE*

DN. WOLFFGANGO ADAMO SCHÖPFFIO,

U. J. D. SERENISS. DN. DUCIS WURTEMB. CONSILIARIO ET PANDECT. ET PRAXEOS PROFESS. PUBL. ORD.

*PRO LICENTIA*

Summos in utroque jure honores & Privilegia Doctoralia rite capeſſendi,

Publicæ & ſolenni Eruditorum diſquiſitioni ſubjicit,

JOH. FRIDERICH SEEGER, Stuttgardianus.

*Die Febr. An. MDCCXLIV.*

*TUBINGÆ,*

Typis JOH. DAV. BAUHOFII atque JOH. THEOPH. FRANCKII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166906-p0011-9

36.

§. I.

Quod de Jure Retractus, Germanicè Loſung, Einſtand, Abtrieb, Vorkauff, Zugrecht; Wehner *voce* Loſung. Speidel *voc.* Einſtand-Recht variæ, multæ & acres inter concives, vicinos & extraneos olim enatæ ſint lites ac controverſiæ, & noſtris quoque temporibus oriantur, neque adeo facilis expeditionis atque deciſionis ſint, cum jura retractus admodum varient, neque ſatis plana & in aprico proſtent, docet quotidiana experientia, uſusque comprobat forenſis, & varia de retractu exſtantia ſcripta teſtantur, quæ in compendio legi poſſunt in Bibliotheca Jurid. Lipeniana Jenichiano, *voce Retractus.* Pauca enim in Jure Romano de retractu occurrunt, & de illis ſpeciebus, quæ hodie potiſſimum obtinent, & ad noſtrum ſcopum faciunt, nihil fere diſpoſitum eſt, Berlich *p. 2. concl. 39.* Dn. Præſes *in Diſp. ſiſtente decadem quæſtionum circa materiam retractus, quæſt. 1.* In Jure Canonico quidem extat textus in *c. 8. x. de reſtitut. in integr.* qui tamen de ſpeciali municipii Paroſinenſis conſuetudine tantum loquitur; adeoque ad Germaniæ praxin nihil conferre poteſt: neque conſtitutio illa Fridericiana v.

*Feud. 13. & ſeq.* anno, die locoque carens, Germanos ex ſe ſtringere valet, cum non niſi Italis lata & extraordinariis capitulis inſerta: Illuſtr. Dn. Bœhmer *in Diſp. de fundamentis Retractus duplicis in agris Hamburgenſibus uſitati. cap. 1. §. 8. & c. 2. §. 2.* Dn. Leyſer *ſpec. 196. med. 3.* Rhetius *in Diſp. de jure congrui cap. 2.* recurrendum itaque in materia retractus ad mores germanicos, quatenus ſcilicet probari queant, & Jura Provincialia ac Statutaria, quæ has conſuetudines patrias de retractu multis in locis retinuerunt, approbarunt & confirmarunt, ita, ut Jura Provincialia utramque hic faciant paginam Joh. Frider. Rhetius *d. jure congrui cap. 2.* Ahasv. Fritſch. *in opuſcul. var. Tom. 2. tr. 8. de jure congrui cap. 3. §. 2.* Knipſchild. *de nobilitate imperii immediata. lib. 3. cap. 9. n. 149. & 150.* Dn. Graſs. *Vol. V. Conſ. Tubing. conſ. 29. n. 7.* Dn. Fauſt. *in Diſp. Argentor. de retractu. quæſt. 1.* Quia vero mores Germanici inter ſe haud conſpirant & Jura Provincialia itidem admodum diſſona ſunt, neque ullibi Jus Germanicum univerſale omnes retractus ſpecies inducens adeſt & probari poteſt, adeo, ut, ſi à retractu gentilitio abſtrahamus, pauca jura antiqua de reliquis ſpeciebus adducere potuerint Dn. Heineccius *in Elem. Jur. Germ. lib. 2. tit. 14. §. 399.* & D. Engau *in Elem. Jur. Germ. Civil. lib. 3. tit. 8. §. 74 ſeqq. & §. 90.* uſu venit, ut in territoriis Germanicis diverſæ & variæ obtineant retractus ſpecies, de qua varietate retractus late egit D. Hildebrand *in Exerc. Acad. de varii retractus concurrentis prælatione cap. 1. per totum.* adeo ut ne retractus quidem gentilitius, quamvis in pleriſque germaniæ locis receptus, ubique admiſſus ſit, imo potius univerſalem in Germania receptionem neget D. Leyſer *ſpec. 139. med. 1. & 2.* neque D. Heineccius *c. l. l. 2. §. 400.* diffiteri potuerit, quod aliæ Leges Germani-

cæ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166906-p0014-6

cæ antiquæ retractum conſanguinitatis, non adeo ſollicite, ut Jus Saxonicum, inculcent; quare etiam neque in Geldria, neque Ultrajecti, neque in Tranſylvania, neque ubique in Hollandia viget, teſtante Joh. Voëtio *n. 12. ad L. commiſſoriam*, neque in Ducatu Wurtembergico receptus: D. Frommann *in Delin. Juris retractus Wurtenbergici, th. 15.* Plebſt *ad J. Pr. W. p. 2. th. 153.* Bocer. *claſſ. 3. diſſ. 22. th. 30.* D. Harpprecht *conſ. 94. n. 96.* excepto unico tantum caſu, J. P. W. *p. 2. tit. 16. §.* Betreffend. juncta *p. 4. tit. 5. §.* dem Uberlliebenen / cum non niſi retractus Territorialis, Cenſualis, juncto partiali, & conventionalis approbati, reliqui vero rejecti, ita ut, quæ ſpecies in Jure Wurtemb. non approbatæ ſunt, eæ quoque maneant ſub reprobatis; juxta expreſſam diſpoſitionem J. P. W. *p. 2. tit. 16. §.* Nachdem *ibi*: ſoll es bey denen dreyen Loſungs-Gerechtigkeiten verbleiben / und auſſerhalb deren und nachgeſetzten keine weiters geſtattet werden / quibus verbis Sereniſſimus Legislator ſuam voluntatem ſatis ſuperque manifeſtavit. Frommann *c. l. th. 15.* Dn. Harpprecht *conſ. 94. n. 98.*

§. II.

Quemadmodum autem bonum publicum & privatum exinde quam maxime promovetur, ſi non ſolum dominorum territorialium ſubditi ac cives bona immobilia ſuperioritati territoriali ſubjecta poſſident manibusque tenent, ac in ſpecie quoque cives unius civitatis, pagi & vici, bona ad illum diſtrictum, civitatem, pagum & vicum pertinentia, ad confuſionem evitandam aliaque plura incommoda avertenda, in ſua poteſtate & poſſeſſione retinent, ſed etiam, ſi prædia unius loci unita ex. gr. die Erb-Lehen / Hof- Zins- Huob- und Wittumbs-

Güter /

Güter, haud divelluntur, & quæ forſan ex neceſſitate diviſa ſunt, redintegrantur & reuniuntur; Ita, cum in Juribus, Romano & Germanico, nulla Lex generalis & univerſalis proſtet, ut bona allodialia prædio ſemel unita & incorporata perpetuo eidem conjuncta manere debeant, & ſi jugera forſan nonnulla avulſa, relui & iterum ad integrandum prædium vindicari queant, per late deducta D. Engelbrechti *in Diſp. de reunione pertinentiarum §. 8.* ad præcavendas tales in forenſes ac municipii alterius cives nocivas alienationes, & diviſionem bonorum unitorum avertendam, pluribus in locis interdicta eſt bonorum immobilium in extraneos alienatio, prout pluribus ſtatutis docet D. Præſes *in Diſp. de retractu terr. com̃. jure perpet. reluit. & alien. neceſſ. §. 3.* bonorumque unitorum dismembratio ſevere paſſim prohibita. Fritſch. *d. Jure congrui. cap. 3. §. 8.* D. Welle *in Diſp. Gieſſ. de prælat. in rebus alien. ex jure retractus cap. 5. n. 9. & 15. ſeqq.* & ſi res prædio cuidam ſemel incorporata poſtmodum vero ab eodem ſeparata, illa ad conſervandam unionem relui poteſt; quales conſtitutiones Luneburgicas, Mecklenburgicas, Magdeburgicas, Saxo-Gothanas, Anhaltinas, Schwarzenburgicas, Fuldenſes exhibent Bodinus *in Diſp. de jure reunionis pertinent th. 1. ſeq.* Engelbrecht *c. diſp. d. reun. pertin. §. 12. ſeqq.* Fritſch. *c. tr. cap. 8. §. 3.* Welle *c. diſp. cap. 5. n. 2. & 14.* Pariter in Ducatu Wurtenbergico diviſio ac dismembratio prædiorum, quorum utile dominium habent poſſeſſores, absque indultu Sereniſſimi vel præfectorum & præſcitu atque ſpecifico conſenſu domini directi interdicta, legitur in J. P. W. *p. 2. t. 9. rubr.* von Verkauff und Veränderung der theilbaren Hof- und Hubgüter. §. Weil auch. & *t. 16. rubr.* von Zinß-Loſungen. §. Ob wir gleichwohlen. O. P. W. *tit. 16. §. 1.*

aliisque

aliisque Reſcriptis Ducalibus allegatis in dem *Extract* der Hochfürſtl. *General-Reſcripten pag. 59. ſeq. & pag. 148.* & quidem ſub mulcta eines kleinen Frevels, atque pœna annullationis factæ diviſionis. Lauterbach. *in Diff. J. C. & W. p. 2. th. 16.* & D. Harpprecht. *in Contin. Diff. J. C. & W. diff. 13.* qui conſenſus domini directi in territorio Schwarzenburgico itidem ſpeciali reſcripto exigitur Fritſch. *c. l. cap. 4. §. 5. & cap. 7. §. 1.* Granaria verò, cellæ, ſtabula, ceu domus pertinentiæ, ſeparatim alienari ſimpliciter prohibentur in J. P. W. *p. 2. tit. 9.* §. Gleichergeſtallten, quod ſi autem dismembratio in hæreditatis diviſione ex neceſſitate facta, varia remedia indulta & diverſæ retractus ſpecies conceſſæ leguntur, ut retractus territorialis, municipalis, vicinitatis, partialis, cenſualis, jus congrui & perpetuæ reluitionis.

## §. III.

Jus congrui atque retractus cenſualis & partialis magnam inter ſe affinitatem habent, hincque ob diverſitatem conſuetudinum & jurium provincialium haud raro à Doctoribus confunduntur, ac diverſis nominibus inſigniuntur. Ut tamen à ſe invicem ſedulo diſtinguantur & diverſa eorum natura eo melius accuratiusque oſtendatur, jura affinium retractuum brevibus præmittere, ſi non neceſſarium, tamen neque inutile neque ingratum erit. Referri huc poteſt I.) Retractus Vicinitatis, ubi vicinus bona immobilia vendita, urbana ſive ruſtica ſint, ob vicinitatem retrahit, licet antea haud unita fuerint & ad vicinos agros pertinuerint, ne vicinum forte moleſtum aut rapacem admittat & ſibi inde aliquid mali creet Rhetius *de jure congrui. cap. 1. 2. & 3. pag. 8. 21. & 25.* Kluge Beambte. *part. 4. tit. 17. §. 2. ſeq.*

D. Jod.

D. Jod. Beck. *d. jure vicinitatis pag. 698.* D. Bœhmer. *cit. Diſp. c. 2. §. 1. & 3. cum ſeqq.* ubi jure Hamburgenſi ad prædia ſaltim ruſtica reſtringit ; Joh. Chriſt. Sichler & Joh. Heinr. Majer. *bin. Diſſ. Lipſ. & Erford. de retractu vicinitatis.* Joh. Gottlieb Müller. *Diſp. Erford. de retractu vicinitatis & quid circa hunc Laubæ fuerit actum.* Hic retractus non ubique obtinet, ſed eatenus ſaltem, quatenus probatur, quod ſcil. conſuetudine longa vel Jure provinciali receptus & introductus ſit. Rhetius *c. l. c. 2. p. 21.* Hildebrand. *c. Diſp. c. 1. §. 8. & 11.* uti neque in Saxonia Carpzov. *Juriſpr. for. p. 2. Conſt. 31. def. 3.* ibique Goswinus ab Esbach, Richter *dec. 76. n. 63. ſeqq.* neque in Ducatu Wurtembergico in uſu eſt. D. Harpprecht *Conſ. 94. n. 97.* ubi idem de jure congrui aſſerit ; inſuper uſus non æque magnus eſt, ac in aliis retractus ſpeciebus & inprimis in jure congrui. D. Bœhmer *cap. 2. §. 3. & 7.* cum multis dubiis obnoxium ſit, unde vicinitas accurate æſtimanda. Rhetius *c. 2. p. 17.* Welle *cit. diſp. c. 2.* & unius fundi decem forte pluresve vicini eſſe ac in retractu concurrere poſſunt, ita ut confuſio magna & incertitudo exinde oriri queat. D. Leyſer. *ſpec. 196. med. 3.* receptus tamen eſt Hamburgi, in Republica Mindenſi & Comitatu Hohenlocio. Cruſius *ad Jus Statutarium Reipl. Mindenſis L. 1. tit. 11. art. 7.* der Graffſchafft Hohenloh gemeinſames Landrecht. *p. 3. tit. 5. §. 13.* Dn. Bœhmer *c. Diſp. cap. 2.* confer. Joh. Bapt. Cardinalis de Luca *in Theatr. Juſtit. & veritat. diſc. 68. ſeqq. & 74. de ſervitut.* Frequentius occurrit, II.) Jus congrui, quod quidem retractui vicinitatis propinquum, attamen in eo à retractu vicinitatis differt, quod ad fundandum jus congrui non ſola ſufficiat vicinitas, ſed præterea requiratur, ut pars vendita cum illa, quam retrahens poſſidet, antea fuerit unita &

abhinc

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166906-p0018-8

abhinc aliquot annis ſeparatim ab ea alienata, ita, ut ratio introducti hujus juris in eo conſiſtat, ut bona diviſa tum propter onera publica, quæ ſæpe hoc modo confuſionem quandam patiuntur; tum ob favorem vicinitatis, quæ plura parit incommoda, conſolidentur: Struv. *Exerc. 23. th. 53.* ibique Müller. Stryk. *in uſ. mod. §. 18. & 19. d. cont. emt. vend.* Lyncker *dec. 958.* Richter *dec. 76. n. 58. ſeq.* D. Bœhmer. *cap. 2. §. 3.* Fritſch. *de jure congrui cap. 1. §. 3. & c. 2. §. 3.* Rhetius *de jure congrui cap. 2. p. 21.* Idque obtinet in Thuringia, territorio Coburgenſi, Pomerania, Stetini, diſtrictu Fuldenſi, aliisque locis. Wehner *voce* Geſpildt / Beſold *in Contin. Theſ. pract. voc.* Thüringiſche Gewohnheiten. *n. 5.* Dn. à Berger *in Oecon. Jur. L. 3. tit. 5. not. 4. §. 11. p, 657.* Rhetius *de jure congrui c. 2. p. 15.* Welle *c. diſſ. c. 5. §. 2.* & vocatur, das Geſpilde oder Geſpälde; Recht des Geſpildes / bona diviſa nominantur Geſpaltene Güter / weilen die Güter geſpalten oder zertheilet / & retrahens audit Spaltmann. Hildebrand. *cit. Diſp. c. 1. §. 8.* hincque D. Fritſch *de jure congrui cap. 1. §. 3. & cap. 2. §. 3.* jus congrui hoc ſenſu retractum partialem inſignire haud dubitat & *cap. 2. §. 2.* ſcribit, quod retractus cenſualis Wurtembergicus fere conveniat cum jure congrui. Qui duo retractus in eo quidem conſpirant cum jure congrui, quod unionem & ſeparationem bonorum exigant & reunionem intendant; in eo tamen omnino inter ſe differunt, quod retractus quidem partialis præciſè requirat incommodam diviſionem, licet cenſus exulet; retractus autem cenſualis communem cenſum de neceſſitate exigat, quamvis incommoda diviſio, qualis in partiali neceſſaria, deficiat. Quodſi autem quæſtio incidat de prædio cenſui communi ſubjecto & inſuper incommode diviſo, concurrunt ſane jura

retractuum, cenſualis nimirum & partialis, duplicia. Beſold *ad J. P. W. p. 2. tb. 75.* D. Schweder *Vol. VI. Conſ. Tubing. 59. n. 38.*

## §. IV.

Progrediendum eſt III.) ad Retractum partialem, qui de Jure Wurtembergico tunc demum locum habet, ſi prædium vel corpus adeſt, quod 1.) aliquando fuit unitum ac individuum, & deinde 2.) licet ejus diviſio ob litium & incommoditatum multitudinem prohibita, ex neceſſitatis Lege tamen permiſſa; ſed 3.) incommòda ſeparatio facta J. P. W. *p. 2. tit. 16.* §. Demnach auch. O. P. W. *tit. 16. §. f.* D. Graſs. *d. retractu partiali th. 16. ſqq.* D. Præſes *Conſ. 92. n. 60. ſeqq. & Conſ. 93. Vol. VIII. Conſ. Tubing.* De cætero licet talia prædia nullum præſtent cenſum, retractus nihilominus partialis, ſolam incommodam diviſionem præ oculis habens, fundatus manet. Quod attinet IV.) ad retractum cenſualem, ille cenſum communem neceſſario requirit, de quo hac vice in ſequentibus agendum, quem neque jus congrui, neque retractus partialis ſupponit. Quodſi autem in jure congrui cenſus communis concurrit, & de prædiis cenſualibus atque Emphyteuticariis unitis quæſtio ſit, quæ cenſus aliasque præſtationes annuas ſolvere debent, uti communiter fere fieri ſolet, tunc jus congrui quodammodo cum retractu cenſuali convenit & coincidit, vel ad minimum quam proxime ad eum accedit, ita ut dicta Doctorum de jure congrui eatenus bene ad retractum cenſualem, & vice verſa, ſuo modo applicari queant. Carpz. *p. 2. conſt. 31. def. 3.* ubi præjudicium adducit hiſce verbis: Ob ihr nun gleich in allen dreyen Feldern das Geſpielde habet / und die Vereinigung zuſammen gehet / auch

beede Viertel einerley Lehen und Zinſen haben / &c. Richter *dec. 76. n. 59.* ubi præjudicium exhibet d. An. 1623. ibi: immaſſen / auch beederſeits Wieſen und Ländereyen einen Zinsherrn recognoſciren; & de An. 1634. ibi: Da nun / eurem Bericht nach / Mathes Schencke an obbemeldten Erbſtücken allenthalben das Geſpielde / alſo daß ſeine und dieſe Güter eines Lehens und Zinſes und zuvor zuſammen gehörig geweſen; So iſt gedachter Matthes Schencke des Näherkauffs ſich anzumaſſen berechtiget. In nonnullis denique locis jus repetendi & reuniendi rem prædio cuidam incorporatam vel adjunctam, poſtmodum vero ab eodem ſeparatam, ſimpliciter conceditur, ut prædio illi iterum accedat, ejusque conditiones ſequatur, ob publicam & privatam utilitatem, quia per conſolidationem prædiorum, tributa, cenſus & ſervitia conſervantur, atque facilior & commodior redditur magiſtratui tributorum, Steuer / Anlaagen und Contributionen / domino Cenſus, der Erb-Zinſen & Operarum, der Frohn und Dienſte / exactio, & quia hac ratione cenſitus facilius & commodius prædium colere poteſt. Quod jus tamen reluendi ſecundum tradita D. Engelbrechti *in Diſſ. de reunione pertinentiarum th. 6.* à juribus congrui & retractibus, cenſuali & partiali, variis differt modis. Cum 1.) jus reluendi locum habeat, quocunque modo & titulo res ſeparetur, 2.) adverſus primum quoque rei ad prædium aliquod pertinentis poſſeſſorem ſtatim competat, nec 3.) in infinitum exerceatur; ſed ſuo modo & ad minimum immemoriali tempore præſcribi poſſit. Cum econtra hi tres nominati retractus 1.) non niſi intra annum & diem competant, in omnibus autem ſubſequentibus alienationibus prædium repeti queat; quocunque tandem tempore nova alienatio contingat, 2.) novam alie-

alienationem portionis ſeparatæ requirat, ac 3.) ob ſolam emtionem venditionemque, & quæ negotia ad illam accedunt, reſtringantur.

### §. V.

Hac vice naturam & indolem retractus cenſualis delineare allaborabimus. Deſcribi poteſt retractus cenſualis, quod ſit facultas, jure competens, illis, qui partem aliquam prædii aliquando indiviſim poſſeſſi & communi cenſui annuo obnoxii poſſident, ad partem deinceps ex hoc prædio unito venditam vel ſimili modo alienatam ad ſe, eo, quo debet modo ac tempore, ac refuſo Emtori vel legitime oblato & depoſito pretio, ejusque annexis, revocandi & cum unito corpore & communi cenſu reuniendi. Bocer *Claſſ. 3. Diſp. 22. n. 25.* Fritſch. *de jure congrui cap. 2. §. 1,* Diviſio alia fere non obtinet, quam quæ ex diverſitate cenſus & temporis deſumitur, nam ſi cenſus communis adeſt, nominari poteſt Zinsloſung/ Gült-Landachts-Loſung, & ſi operæ præſtandæ, Frohn-Dienſt-Loſung, ſi concurſus fiat jurium retractus, audit Verloſung, J. P. W. *p. 2. tit. 16. rubr.* von Zins-Loſungen. §. Ob wir gleichwohlen. D. Frommann. *th. 8.* Porro ratione temporis, ut in Ducatu Wurtembergico, J. P. W. *p. 2. tit. 16. pag. 294.* differentia, quoad fructus reſtituendos, intercedit, inter retractum menſtruum & annalem, Monaths- und Jahrs-Loſung, juxta dicenda in §. 17.

### §. VI.

Retractus Cenſualis eſſe ſuum & fundamentum à voluntate Legislatorum expreſſa vel tacita habet & accipit, & quidem ab initio & primitus hæc voluntas veriſimiliter per uſum ac mores Germanicos magis tacite ſeſe

decla-

declaravit, donec retractus cenſualis, per varias Leges Provinciales & Statuta, expreſſe receptus & approbatus fuit; Sicuti in noſtro Ducatu Wurtenbergico J. P. W. *p. 2. tit. 16. pr. & rubr.* von Zins-Loſungen, O. P. W. *tit. 16.* Marchionatu Badenſi, Fürſtl. Baadiſche Lands-Ordnung *p. 6. tit. 3. pr. & §§. ſeqq.* D. Harpprecht. *in Diſſ. J. C. & Marchic-Badenſ. p. 4. th. 31.* & Comitatu Hohenloico, der Grafſchafft Hohenlohe gemeinſames Landrecht. *p. 3. tit. 5. §. 9. & ſeqq.* expreſſe ſtabilitus, aliisque multis in locis, præprimis in Suevia, introductus, de quo teſtantur Knipſchild. *de Nobilitate Lib. 3. cap. 9. n. 41.* Struv. *Exerc. 23. th. 52.* ibique Müller, Sutor *de retractu th. 86. & 96.* Kluger Beamter. *p. 10. tit. 17. §. 10.* Beſold. *in contin. Theſ. pr. voce*, Zins-Loſung. Speidel *eadem voce*; & quatenus jus congrui, quoad prædia olim unita & communi cenſui ſubjecta, exercetur, eatenus omnia loca ſupra §. 3. adducta itidem huc ſpectant, cum jus congrui deinde cum retractu cenſuali conveniat. Rhetius *d. Jure congrui cap. 2. pag. 20.* Hildebrand *c. l. c. 1.* Welle *c. l. cap. 5. n. 20.* Fritſch. *de jure congrui cap. 2. §. 2.* neque tamen adſtrui poteſt, quod jus congrui & retractus cenſualis univerſale & in omnibus Germaniæ provinciis introductum ſit. Fritſch. *c. 3. §. 1. & cap. 8. §. 1.* neque autem ex eo ſtatim rejici debet, quod expreſſa Legislatio deficiat, quod ſi enim retractus cenſualis uſu & conſuetudine obtineat, & legitime probari queat, eandem utique vim habet & juxta eum judicandum erit. Rhetius *de jure congrui cap. 2. pag. 15.*

§. VII.

Cum autem retractus cenſualis, ſicuti jus congrui, retractus vicinitatis & partialis in Jure Romano, eo modo,

do, quo hodie utimur, nullibi appareat, uti ſupra jam annotatum, multi Doctores retractum quoque cenſualem, ceu Juri Communi contrarium, ex multis reſpectibus, in ſe odioſum reputare haud reformidant, & propterea ſtatuta talia illum inducentia ſtricte interpretanda eſſe aſſerunt, cum commercia in Republica, per uſum retractuum, haud parum turbentur, eorumque libertas non raro infringatur, dum videlicet prædia retractui ſubjecta, non ita facile & ex voto venditoris inveniant emtores, inſuper emtor absque ullo ſuo facto retrahenti rem reſtituere ac relinquere, ſicque invitus rem emtam & acquiſitam amittere cogatur, quæ argumenta latius deducta legi poſſunt apud Frommann. *th* 13. & 14. *de Retractu J.W.* Lauterbach *vol.* 2. *Conſ. Tub. conſ.* 36. *n.* 11. D. Harpprecht *Conſ.* 94. *n.* 85. *ſeqq.* & *Reſp.* 88. *n.* 18. *ſeqq.* Alii autem econtra interpretes retractum cenſualem, ceu ad publicam & privatam utilitatem tendentem, præ cæteris favorabiliorem eſſe contendunt, ita, ut utique illis, qui prædia in partes diviſa, ex magna cauſa, in unam rurſus manum, quantum poſſibile, conjungere ſtudent, favendum putent, per conſolidationem enim talem tributa, cenſus & ſervitia inter plures partita reuniuntur & jugera plura ad unum magnum prædium ſpectantia iterum congregantur, ſicque facilior redditur magiſtratui tributorum, & domino cenſuali, cenſuum & operarum exactio. Beſold. *p.* 2. *th.* 79. Frommann. *th.* 9. & 10. D. Harpprecht *Conſ.* 94. *num.* 11. & *Conſ.* 99. *n.* 10. D. Schweder. *Vol. VI. Conſ. Tub. Conſ.* 59. *n.* 38. denique quoque cenſito, majoris partis poſſeſſori, conſolidatio proficua eſſe poteſt, quando enim meliores agri & prata interdum etiam ſine oneribus ex corpore prædii alienantur, quod tamen prohibitum in Jure Wurtem-

tembergico *p. 2. tit. 9.* §. Was diejenige / & *ſeq.* aut particulatim diſtrahuntur, reliquum prædium commode coli nequit, ac ſæpe incultum deſeritur, weilen die beſte Stuck vom Guth weggekommen. Quando vero diſtracta jugera corpori ſuo viciſſim uniuntur, cenſitus prædium facilius & commodius colere poteſt, ein Anſpänner und wieder vereinigtes Guth kan beſſer angebauet und die Onera davon abgeſtattet werden. Fritſch. *c. tr. cap. 5. §. 2.* Welle *c. Diſp. cap. 5. num. 7. & 67.* Ex quo porro ſequitur, quod Interpretatio Juris Cenſualis potiſſimum ex moribus Germanorum & Juribus Provincialibus Germanicis & vicinis, analogia & natura retractuum deſumenda & ita adornanda ſit, ut finis conſolidationis promoveatur, cum non omne, quod præter vel contra Jus Civile introductum, ſtatim pro odioſo ſimpliciter habendum. Frommann. *th. 17. c. Diſp.*

## §. VIII.

Ex præcedentibus jam apparent cauſæ, quæ Llatores ad hoc Jus retractus cenſualis inducendum & admittendum moverunt, ut nimirum difficultas unum cenſum, uni vel pluribus prædiis impoſitum, & ex una manu ſolvendum, einen einhändigen Zinß; uti vocatur in O. P. W. *tit. 16. §. 2.* aliasque præſtationes annuas & ſervitia exigendi evitetur & præſcindatur; ob quam diviſio & ſeparatio horum prædiorum unitorum itidem in multis locis & inprimis in Ducatu Wurtenbergico ſevere prohibita, juxta ſcripta in §. 2. & ſi magna ex cauſa ſeparatio permiſſa, retrahentibus, qui in unam, quantum poſſibile, manum portiones ſeparatas conjungere ſtudent, omni modo favendum, um die Güter / ſo viel

möglich/

möglich / wiederum in eine Hand zuſammen zu bringen. Beſold. *p. 2. th. 79.* Frommann *c. Diſp. th. 20.*

§. IX.

Antequam vero Jus retractus cenſualis exerceri poteſt, alienatio prædii emphytevtici vel cenſitici ex cauſa oneroſa & ad dominium transferendum habili & valida emtionis & venditionis, vel quæ vicem ejus obtinent, requiritur & præcedere debet. Quodſi enim 1.) nulla plane alienatio interceſſerit, tunc Jus retractus neque naſcitur, neque interit, etſi centum annis nulla facta eſſet alienatio. Beſold *Conſ. 271. n. 6.* neque pactum futuræ emtionis præparatorium de vendendo ſufficit D. Graſs *de pacto futuri contractus præparatorio th. 24.* cum adhuc deficiat contractus perfectio Tiraquell. *de Retractu Lineali §. 1. gl. 2. n. 55. ſeqq.* Cardinal de Luca *in Theatr. Juſtit. & veritat. diſc. 70. n. 14. de ſervitut.* neque tamen emtionem venditionem traditione vel ſolutione pretii conſummatam præcisè deſideramus, ſed pure inita & conſenſu de re tradenda & pretio ſolvendo perfecta utique ſufficit, cum emtio venditio ſit contractus conſenſualis *pr. J. de Emt. Vend.* & ita in Saxonia, Carpzov. *p. 2. Conſt. 32. def. for. 3.* ubi præjudicium exhibet, & Friſia juris eſt. Joh. à Sande *in Deciſ. Friſic. Lib. 3. tit. 5. def. 6.* neque aliud de Ducatu Würtenbergico dicendum, cum in J. P. W. *p. 2. Tit. 16. rubr.* von Zinslöſung. *pag. 294.* & §. Auch ſoll. ſaltem contractus fiat mentio, cujus denunciatio privata in os aut ad domum, cenſualem retractum habenti facta ſufficit ad hoc, ut tempus incipiat currere, ſicque emtio venditio absque traditione hoc intuitu pro perfecta habeatur. Beſold *p. 2. th. 106.* Frommann *c. Diſp. th. 74.* fruſtra diſſentientibus Bocero *Claſſ. 3. Diſp. 22. th. 50.* &

Weh-

Wehner *voce* Loſung. 2. Præſupponitur ſemper valida alienatio, cum privatio præſupponat habitum, accidens ſubſectum; quæ enim alienatio eſt nulla, ut ſi res immobiles minorum vel civitatum absque debitis requiſitis & ſolennitatibus alienatæ, nullum effectum producere & id, quod non alienatum, retrahi nequit. Tiraquell. *de retractu conſang.* §. 1. *gl.* 2. *n.* 39. & *ſeqq.* Frommann *th.* 24. Lauterbach *Vol.* 2. *Conſ.* 29. *n.* 18. D. Harpprecht *Conſ.* 15. *n.* 72. *Conſ.* 83. *num.* 335. & *Reſp.* 74. *n.* 19. Rhetius *de Jure Congrui. cap.* 4. *pag.* 34. hinc ſi non in invidiam, ſed absque fraudis conſilio ſtatim ab initio initæ emtionis & venditionis & non nimis ſero pactum adjectum. Reinking. *de retractu conſanguinitatis quæſt.* 4. *n.* 78. *ſeqq.* Tiraquell. *de retractu convent.* §. 1. *gl.* 7. *num.* 18. & *de retractu conſanguin.* §. 1. *gl.* 2. *num.* 40. Knipſchild *de nobilitate Imp. immed. Lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 139. & 140. conf. Dn. Rhetius *de jure congrui cap.* 4. *p.* 37. quod nimirum, ſi quis rem alteri venditam retrahere velit, venditor totum contractum revocandi facultatem habere, vel contractus nullus eſſe debeat, illud utique validum reputandum & ſequendum erit, Bocer. *claſſ.* 3. *diſp.* 22. *n.* 49. Frommann *th.* 30. & 71. Fauſt. *diſp. Argentor. q.* 7. Reinking. *d. retractu conſanguinitatis quæſt.* 5. *num.* 81. *ſeq.* D. Harpprecht *Conſ.* 38. *n.* 80. *ſeqq.* D. Graſs *Vol. V. Conſ. Tub. Conſ.* 39. *n.* 28. 3.) requiritur alienatio ex cauſa ad dominium transferendum habili, ſive plenum dominium, ſive utile transferatur, perinde erit, juxta §. 14. hinc excluditur pignoris & hypothecæ conſtitutio, nec non locatio, licet ad longum tempus facta, cum ſint cauſæ dominium non translativæ: *L.* 39. *ff. L.* 10. *C. Loc. Cond.* Frommann *th.* 25. D. Schweder. *Vol. I. Conſ* 24. *n.* 11. *ſeqq.* Inſuper 4.) alienatio ex cauſa oneroſa facta eſſe debet, cum vero donatio titulum lucrativum

crativum conſtituat, recte illam & ſimilia negotia excludimus, quicquid in contrarium hic adducat Beſold. *ad J. P. W. p. 2. th. 81.* cum vox: Verändern. in J.P.W. *p. 2. tit. 16.* §. Ob wir gleichwohlen. occurrens ita accipienda, quomodo permittitur à prædicatis. Frommann *th. 26.* D. Harpprecht *reſp. 88. n. 15.* quatenus vero retractus in emtione & venditione gratioſa obtineat vel ceſſet, per caſus accurate pertractat. D. Harpprecht. *in Tr. d. vend. gratioſa §. 71. usque ad 77.* Neque vero omnis alienatio retractum fundat, ſed 5.) ſaltem emtio, & quæ negotia vicem emtionis & venditionis ſuſtinent, ut datio rei immobilis in ſolutum pro debita pecunia, vel datio in dotem, ſi prædium venditionis gratia æſtimatum, vel litis æſtimatio facta. Frommann *th. 27. cum ſeqq.* Rhetius *de jure congrui c. 4. p. 37.* D. Harpprecht *in Tr. de vend. grat. th. 73. & Conſ. 94. n. 37. ſeqq.* D. Graſs. *de retractu partiali th. 11.* Quod ſi autem venditor fidem emtoris ſingulariter elegerit & pacta ſingularia ac præſtationes perſonales adjecerit. ex. gr. quando venditio facta eſt ex ſpeciali confidentia, ob cauſam alimentorum & proviſionem corporis, wann ſich der Käuffer ein Leib-Geding, und ſeinen Unterhalt bey dem Käuffer anbedingt, und ſich in dem Hauß den Lebens-länglichen Sitz vorbehält, tunc retractui locus non conceditur, cum venditor fidem, induſtriam ac perſonam emtoris hic ſpecialiter elegiſſe videatur, cui ſeſe alendum commiſit, ita ut propterea omnis ſubſtitutio ceſſet. Tiraquell. *de retractu lineali §. 25. gl. 2. num. 2.* Iman. Sutor. *de jure retractuum th. 274.* D. Harpprecht *Conſ. 38. n. 62. ſeqq. & reſp. 88. n. 37. ſeqq.* Quæ opinio in Reſcripto Ducali d. Ao. 1739. d. 29. Maj. quod exhibetur in der *Continuation* oder zweyten Theil des *Extractus* der Hochfürſtl. Würtemb. *General-*

*Re-*

*Reſcripten p. 37. 38.* confirmatur hiſce verbis: So dann hat auch die Erfahrung gelehret, daß von denen Beamten und Stadt-Gerichten Unſers Vormundſchafftlichen Hertzogthums darinnen bißher irrige Meynung geheget worden, daß ſie des Darvorhaltens ſeyn wollen, als ob der Zins-Loſung, als dem alleinigen *favorablen Jure Retractus*, weilen dardurch die Güter wieder in eine Hand zuſammen gebracht werden, allzeit ſtatt zu geben wäre, wann auch gleich bey einem Kauff, oder demſelben gleichen Veränderung eines zinsbaren Guthes, *pacta ſingularia* und *præſtationes perſonales* angehänget und ausgedinget wären, als da zum Exempel jemand ſein zinſendes Hauß an ſeine Geſchwiſtrige, oder Befreundte, oder auch andere beſonders vertraute Perſonen verkauffte und darneben dem Käuffer andingete ihme Lebenslang den Sitz darinnen zu geſtatten, und ihne zugleich mit Koſt, Pfleg und Wart zu verſehen, und dergleichen mehr, ſo mag die Loſung einem Dritten, wann dieſer auch gleich ſolcherley *Præſtationes* auf ſich nehmen wollte, nicht zu ſtatten kommen, wo der Verkäuffer eine gewiſſe Perſon zu *Præſtirung* beſonderer Treue und Fleiſſes erwählen wollen.

## §. X.

Hinc ceſſat in permutatione retractus, ita ut hanc optimum remedium excludendi retractum appellitet Card. de Luca *in theatr. Juſtit & verit. diſc. 74. de ſervitut.* licet emtioni & venditioni vicina ſit *L. 2. de rerum permut.* quæ nullibi pro adæquata alienatione ad retractum fundandum à Legislatoribus eſt agnita, & inſuper ratio, cur in emtione & venditione retractus admiſſu, in permutatione ceſſet, cum in emtione venditione emtor prorſus indemnis ſervatur, neque ullum damnum vel incommodum ſentit, ſi pretium idem, in eadem qualitate & quantitate accipiat;

 at

at in permutatione res cum re commutatur, in quam affectio cadit, & qua forſan indiget, ita, ut ſi is, qui prædium ſuum, ſub ſpe prædium alterius conſequendi, in alterum transtulerit, & deinde ob retractum re permutata invitus carere debuerit, incommodum & damnum contra omnem æquitatem facile ſentire poſſet. Rhetius *de Jure Conſanguin. cap. 4. p. 39.* Fritſch. *de Jure congr. cap. 6. n. 1.* Reinking. *de retractu conſang. quæſt. 4. num. 79.* D. Graſs. *de retractu partiali th. 11.* D. Harpprecht *Conſ. 94. reſp. 74. n. 62. ſeqq.* Cardinal de Luca *d. loc. diſc. 73. 76. & 104.* Interdum tamen, pro diverſitate caſuum & circumſtantiarum, retractus non plane à permutatione excludendus, ut ſi tantam pecuniæ ſummam viciſſim accepiſſet, quæ totum fere prædii dati valorem exæquaret, vel ſi intereſſe ceſſaret, & permutans libenter acciperet pecuniam, pro re venali & ex defectu pecuniæ accepta, vel ſi facili negotio res reſtitui & retrahi poſſit, vel ſi fraus interceſſerit. Knipſchild. *de nobil. Imp. immed. L. 3. cap. 9. n. 93. ſeqq.* prout latius deduxit Dn. Præſes *in Diſp. ſiſtente Decad. quæſt. circa materiam retr. q. 2.* Et quamvis nonnulli in retractu cenſuali aliud dicendum eſſe, ſicque retractum in permutationis negotio admittere velint. Plebſt *ad Jus P. W. p. 2. th. 161.* Beſold *ad J. P. W. p. 2. th. 81.* Bocer. *Claſſ. 3. Diſſ. 22. th. 28.* Fritſch. *de Jure congrui c. 6. §. 1.* Rectius tamen contrarium de Jure quoque Wurtenbergico defenditur à Frommanno *de retr. Wurt. th. 29.* D. Harpprecht *Conſ. 94. n. 37. ſeqq.* cum vocabula veräuſſern, verändern, alieniren, occurrentia *in J. P. W. p. 2. tit. 16.* ſuam commodam interpretationem exinde accipiant, ſi ad illas alienationes reſtringantur, quæ vicem venditionis obtinent, ſive venditionem in eo repræſentant, quod in illis non minus quam in venditione pecunia numerata,

qua

qua res in ſolutum vel in dotem data, vel judicio obtenta æſtimatur, interveniat. D. Harpprecht *Conſ. 94. num. 116.* maxime cum ſæpius vocabula, Kauffen / Verkauffen / Käuffer / Kauff-Schilling / hanc in rem diſpoſitiva *in Jur. P. W. p. 2. tit. 16.* occurrant & alteram generalem expreſſionem ſuo modo reſtringant vel explicent D. Graſs *de retractu part. th. 11.* neque tacendum, quod omnia reliqua, quæ vicem emtionis non habent, negotia itidem excludantur. Knipſchild. *L. 3. cap. 9. num. 96. ſeqq.* Welle *cap. 4.* D. Harpprecht *Conſ. 36. & c. 94. n. 65. ſeqq.* Frommann *th. 25. 44. & 47.* Cardinal de Luca *in theatr. Juſtit. & veritat. Diſc. 74. & 88. de ſervit.* 6.) Denique requiritur alienatio inter vivos; neque enim, in mortis cauſa donatione vel aliis alienationibus per ultimam voluntatem factis, jus retractus cenſualis exerceri poteſt. Fritſch. *de jure congrui. c. 6. §. 2.* D. Harpprecht. *Conſ. 88. n. 22. ſeqq. & Conſ. 94. n. 70.* Richter. *dec. 176. n. fin.* Joh. Voëtius *n. 23. ad L. Commiſſor.*

## §. XI.

Jus Retractus Cenſualis nemini alii competere poteſt, quam poſſeſſoribus prædiorum emphyteuticorum vel cenſualium, cum prædio vendito alienato ejusdem naturæ, uni eidemque domino, unum eundemque cenſum communem ſolventibus. Fritſch. *de Jure congrui c. 8.* Frommann *th. 44.* Plebſt. *ad J. P. W. p. 2. th. 160.* Bocer. *th. 25. Diſp. c.* D. Harpprecht *Reſp. 84. n. 7.* Richter. *dec. 76. n. 59.* & quidem jure dominii poſſidere debent, ita ut qui plane non poſſident, vel ſaltem actionem realem, Rei vindicationem vel hypothecariam habent, vel qui nude ſaltem detinent, ut Conductores, vel Jure uſusfructus aut pignoris, ut Creditores & uſufructuarii, poſſident,

reque utantur, ad hoc Jus Retractus exercendum minime admittantur. Frommann. *th.* 25. 44. & 57. In ſpecie vero prædii, communem cenſum, cum alienato prædio præſtantis, poſſeſſor debet eſſe, adeoque ut utriusque & retrahentis prædium & quod retrahitur, ſit tale; nam duo prædia neceſſaria ſunt, ex quibus uni eidemque domino unus idemque, atque ita communis cenſus quotannis præſtari debet, zwey Güter / welche ehemahls einhändiger Zinſe halber zuſammen gehöret / prouti Sereniſſimus Legislator Wurtenbergicus deſcribit in O. P. W. *tit.* 16. §. 3. adeo, ut hoc fundamento retractus cenſualis deficiente, non poſſit non jus quoque retractus cenſualis deficere. Bocer *claſſ.* 3. *Diſp.* 22. *Th.* 25. D. Harppr. *Conſ. nov.* 84. *n.* 8. vix tamen alii, quam ſubditi, cives & incolæ Würtenbergici ad hoc Jus retractus cenſualis confugere poſſunt: Frommann. *th.* 32. *ſeqq.* & 39. & 41. Profeſſoribus tamen in transactione cum oppidano Magiſtratu A. 1586. inita & à Sereniſſimo confirmata conceditur die Z[illegible]ß- und Erbloſung. conf. J. P. W. *p.* 2. *tit.* 16. *pag* 292. Dn. Præſes *de retract. territor. communi & perpet. reluit.* § 10. Majorem ſive minorem prædii partem poſſideat, extra concurſum cum aliis, nihil intereſt, cum ratio introducti hujus Juris æque militet, & Jura generaliter & absque diſtinctione loquantur, *arg. L.* 8. *de publ in rem act.* Dives jam hic ſit retrahens, ſive pauper vel contra, pariter nil refert. Frommann *th.* 45. & 46. cum & pecunia mutuo accepta res retrahi queat. Frommann *th.* 64. D. Graſs *Vol. V. Conſil. Tub. Conſ.* 2. *num.* 34. & D. Schweder *Vol. I. Conſil. Tub. Conſ.* 117. *n.* 11.

## §. XII.

Sicuti autem retrahentis perſona ſic qualificata eſſe debet,

debet, ita ex parte emtoris, à quo retrahitur, per correlationem, requiritur, ut ſit is, qui prædium cum retrahentis poſſeſſoris prædio unum & communem cenſum præſtans, per ſupra dictam alienationem, acceperit, Frommann *th.45.* An vero etiam contra dominum, cui cenſus vel annuusca non ſolvendus, retractus cenſualis locum habeat, ſi partem prædii cenſualis emit, ita ut poſſeſſores prædii cenſitici vel emphytevtici hanc partem ex communi cenſitico prædio alienatam à domino directo retrahere queat? vel ſi in retractu cenſuali cum domino, illi, qui partem prædii cenſui ſubjecti poſſident, concurrunt, an tunc domino præferendi ſint, eſt quæſtionis non adeo expeditæ. Veriſimilius tamen videtur, quod dominus præferendus, nec contra illum retractus cenſualis fundatus habendus ſit, cum 1.) retractus cenſualis in favorem dominorum introductus, ita ut in eorum odium minime retorquendus ſit, maxime cum 2.) ratio & cauſa finalis hoc in caſu ceſſet, neque reunio neceſſaria ſit, cum ſolutio cenſus eatenus exſpiret, nam per conſolidationem 3.) cenſus exſtinctus eſt. Lauterb. *d. confuſ. th. 39. & 41.* ita, ut ceſſet fundamentum retractus cenſualis, quibus 4.) accedit favor liberationis & conſolidationis *arg. L. 47. d O. & A.* inſuper 5.) domino directo, ſi prædium emphytevticum alienandum, competit jus protimiſeos *L. f. c. d. jure emphyt.* Richter *Dec. 176. n. 76.* & in Ducatu Wurtenbergico, ſi utile dominium venditur, ei jus retractus, ob favorem conſolidationis, conceditur J. P. W. *p. 2. tit. 16.* §. Ferner ſetzen. Lauterb. *diff. J.C. & W. p. 2. th. 27.* Beſold. *p. 2. th. 93.* ita ut durum foret, conſolidationem & libertatem prædiorum impedire, & ita ſentiunt. Beſold *p. 2. th. 93.* Frommann *th. 82.* Richter *dec. 176. n. 78.* Berlich. *dec. 98. n. 15.*

Joh.

Joh. Voëtius *ad L. commiſſ. num. 30.* add. D. Beck *de jur. emphyteut. cap. 7. §. 3.* ubi dominum cognato itidem præfert. Similis quæſtio occurrit de cognatis & affinibus emtoribus, vel ſi cognati cum poſſeſſore partis prædii cenſitici in retrahendo concurrunt, an ab iis pars emta prædii cenſitici communi cenſui ſubjecta retrahi queat? vel an in concurſu poſtponi debeant? quam affirmandam ſibi ſumit Welle *cap. 2. n. 22.* cum majorem favorem habeant bona olim unita & ex neceſſitate ſeparata, ut reuniantur, quam conſanguinitas. Dn. à Lyncker *dec. 1136.* de retractu vicinitatis aliud ſentiunt Richter *dec. 176. n. 85. ſeqq.* Rhetius *de jure congr. cap. 2. pag. 21.* Fritſch. *de jure congr. c. 8. §. 6.* Hildebrand. *c. diſp. cap. 2. §. 13.* cum retractus conſanguinitatis, ubi receptus, ex eo mercatur prælationem, ut bona majorum in familia permaneant & in extraneas manus non perveniant. In Ducatu Wurtenbergico, cum ibidem retractus conſanguinitatis exulet, juxta dicta in *§. 1.* ab emtore affini & conſanguineo res communi cenſui obnoxia omnino retrahi poteſt, cum Jura noſtra generaliter loquantur, nec retrahentibus retractum cenſualem contra cognatos & affines ullibi denegent. Lauterbach. *Vol. III. Conſ. Tub. Conſ. 19. n. 15.* fruſtra diſſentiente Plebſtio *ad J. Pr. W. p. 2. th. 169.* Alii ad præoccupationem poſſeſſionis, vel prius inſtitutam actionem confugiunt, vel denique ſorti rem eſſe committendam aſſerunt. Stryk. *d. S. A. J. diſſ. 6. cap. 3. §. 25.* Ante omnia heic ad Jura Provincialia reſpiciendum, uti in Saxonia agnatus præfertur. D. Bœhmer *laud. diſp. cap. 2. §. 11.* & in Comitatu Hohenloico: Hohenlohiſche Lands-Ordnung *p. 3. tit. 5. §. 17.* ubi retractui cenſuali itidem præfertur, vicinitatis autem cenſuali poſtponitur: Aliud

tamen

tamen dicendum putant, ſi parentes liberis ſuis prædia cenſitica vendant, hoc enim in caſu quieſcet retractus cenſualis, nec majorem prædii cenſitici partem poſſidens à liberis ementibus, rem alienatam ad communem cenſum pertinentem retrahere valet, quia liberi viventibus parentibus, nullum verum quidem paternorum bonorum dominium habeant, ſed tantummodo fictum, interpretativum & intellectuale ipſis in Legibus aſſignatur. *L. 11. d. lib. & poſth. Nov. 118. c. 1. auth. in Succeſs. C. d. ſuis & legit. hæred;* plures tamen effectus juris Doctores exinde deducunt, inter quos & ille refertur, quod talis alienatio patris in filium non proprie dicatur alienatio *arg. L. un. C. d. impon. lucrat. deſcript.* hinc prohibitio alienationis talem venditionem cum liberis celebratam haud complectatur, ſed bona à patre adhuc vivente ſuis liberis vendita, per quandam quaſi anticipationem, poſt patris obitum certo ſecuturam, ob ſpem ſucceſſionis in bonis illis, in eosdem transferantur, weilen der Eltern Güter ohnehin auf die Kinder / nach ihrem Ableiben / kommen und fallen; hoc vero præſuppoſito, quod nulla prædii alienatio hic facta intelligatur, nec ullus retractui locus poſſit competere, eo quod ille ſemper efficacem & validam alienationem præſupponat, ut alias rationes taceamus, quas adducunt Carpzov. *p. 2. conſt. 32. def. 19.* Richter. *dec. 76. n. 56.* Struv. *Ex. 23. th. 49. ibique* Müller. Stryk. *d. S. A. J. diſſ. 6. cap. 3. th. 15.* Mevius *conſ. 77. n. 29.* D. à Lyncker *dec. 1136.* D. Harpprecht *diſſ. d. vend. grat. §. 70.* quæ ſententia in Ducatu Wurtenbergico haud obſcure approbata eſt per Reſcriptum Ducale d. Ao. 1739. d. 29. Maj. Plebit *ad J. Pr. W. p. 2. th. 169.* D. Harpprecht *conſ. 99. n. 21. ſeqq. & Reſp. 4. n. 172. ſeqq.* neque differentia admittenda, ſive liberi in patria poteſtate conſtituti

D ſive

ſive emancipati, ſive maſculi ſive fœminæ, ſive primi ſive ulterioris gradus ſint, ſive pater ſive mater, avus vel avia, ſua bona liberis ita vendiderint. Carpz. *d. def. 19.* D. Harpprecht *conſ. 99. n 15. 31. & 39. & c. diſp. § 70.* neque diuerſum dicendum, ſi talis venditio celebretur à Socero cum ſuo genero, modo filia adhuc vivat vel nepotes ex filia adhuc ſuperſint, cum intuitu filiæ & nepotum ex illa, ob ſucceſſionem futuram, cenſeatur contracta; ad reliquos autem agnatos & cognatos, licet fratres & ſorores ſint, extenſionem reformidamus. *arg. d. L. un. C. d. impon. lucrat. deſcript* cumprimis de Jure Wurtenbergico, ubi non niſi liberi excipiuntur. DD. Harpprecht *c. l. §. 71.* fruſtra diſſentiente Plebſtio *ad J. Pr. W. p. 2. th. 169.* aliisque DD., niſi jura & conſuetudines extenſionem admittant.

## §. XIII.

Si plures concurrunt retrahentes, oritur inde certamen de prælatione, germanice Vor Loſung. J. P. W. *p. 2. tit. 16. rubr.* von Zins-Loſungen / de qua varii occurrunt caſus. In genere prænotandum, quod retractus cenſualis, ceu boni publici & privati gratia introductus, ut nimirum unius cenſus prædia & prædiorum partes diviſæ in una ſint manu, ex qua domino ſolvatur cenſus communis, omnibus retractus ſpeciebus præfer tur. Plebſt *ad J. P W. p. 2. th. 162.* Beſold *ad Ord. Prov. Wurtenb. pag. 32.* Frommann *th. 81.* Bocer *claſſ. 3. diſp. 22. th. 26. & 40.* in ſpecie, quod retractus territorialis & municipalis O. P. W. *tit. 20. §. fin.* Hohenlohiſche Lands-Ordnung / *p. 3. tit. 5. §. 17.* poſt Bocerum *c. l.* Lauterbach. *Vol. II. Conſ. Tub conſ. 36. n. 2.* & conventionalis poſtponendus ſit, cum tertius contrahendo nemini jus quæſitum

tum auferre queat. Richter *dec. 76. n. 96.* Fritſch. *d. jur. congr. cap. 8. §. 6.* Quid dicendum ſit, ſi conſanguinitatis retractus concurrat vel ſi dominus directus rem retrahere cupiat, diximus jam in præcedenti §. 12. Sin plures ex jure retractus cenſualis retrahere volentes inter ſe de præcurſu certant, tunc ille præfertur, qui majorem prædii cenſitici partem poſſidet, cum major pars præferentiam mereatur & minorem vincat. Rhetius *de jure congr. cap. 2. pag. 20.* Welle *cap. 5. n. 62.* Fritſch. *cap. 8. §. 3.* id quod expreſſe in Jure Wurtenbergico ſtatutum, ita ut debiti cenſus major pars, quam ſolvere debet, haud ſit attendenda. J. P. W. *p. 2. tit. 16. rubr.* von Zins-Loſung. §. Und wann. ibique Beſold *th. 85.* Bocer. *claſſ. 3. diſp. 22. th. 26.* Frommann *c. diſp. th. 26.* hocque eo extendatur, ut licet forenſis vel civis alterius loci majorem prædii cenſitici partem poſſideat, tamen civis illius vici, ubi res ſita & qui minorem partem tenet, ob duplicitatem retractus, territorialis vel municipalis & cenſualis, præferendus ſit, quia duo vincula fortius ligant. Fritſch. *de jure congr. cap. 8. §. 4.* Rhetius *de eod. cap. 2. pag. 20.* Welle *c. diſp. cap. 5. n. 62. & 66.* id quod iterum in Wurtenbergia expreſſe approbatum, *dicto.* §. Und wann. ibique Plebſt *th. 162.* & Beſold *th. 65.* Boeer *claſſ. 3. diſp. 22. th. 26. & 27.* Frommann *th. 84. & 86.* Lauterbach *Vol. II. Conſ. Tub. conſ. 7. n, 13.* Ad conſtituendam tamen majorem partem minime matris & liberorum portiones jungi debent, licet uſusfructus ſtatutarius competat. Beſold *ad J. P. W. p. 2. th. 86.* D. Harpprecht *in Diſp. d. uſufr. materno in effectibus oneroſis. §. 69.* ſi vero retrahentes partes fundi æquales aut cenſuales fundos æquales habent, uni eidemque domino unum cenſum præſtantes, ibi prioritas temporis attendenda venit, cum qui

prior tempore, potior ſit jure. *cap. 54. d. R. J. in 6to.* Mevius *ad Jus Lubecenſe. Lib. 3. tit. 7. art. 1. n. 33.* Bocer *th. 13.* Piebſt *ad J. P. W. p. 2. th. 159.* Frommann *c. Diſp. th. 83.* Welle *cap. 5. n. 64. ſeqq.* ubi tamen addit, quod in nonnullis locis ædium poſſeſſor, wann einer die Hof-Raidte beſitzt, præferatur, cum principale ad ſe trahat membra & pertinentias: quodſi autem uno eodemque tempore concurrant, ſortis judicio res committenda ſit, uti in aliis dubiis & perplexis cauſis ac rebus juris eſt, Fritſch. *de jur. congr. cap. 8. §. 4.* Welle *cap. 5. n. 64.* ubi tamen hoc ſaltem in individuis prædiis admittit; quodſi vero commode dividi queant, æquales partes, ob jus æquale, cuilibet aſſignat, quæ ſors etiam in Ducatu Wurtembergico admiſſa. J. P. W. *p. 2. tit. 16.* §. Und 10. *pag. 293.* Frommann *c. Diſp. th. 85.* uti quoque ſi majorem vel æqualem prædii cenſitici partem poſſidens aliam emit, talis poſſeſſor & emtor defendendus ſit, ita ut ſortis judicium ceſſet, quod tamen ſecus eſt, ſi retrahens antea majorem partem poſſederit, hoc enim in caſu, ob majorem fundi cenſitici partem, retrahens præferendus eſt, adeo ut licet jus infirmius habens rem jam retraxerit, in judicio vel ſine eo, ſicque in poſſeſſione fundi ſit, tamen ſupervenienti & jus potius habenti cedere debeat, modo intra annale tempus adhuc retrahat, cum præventio ei nocere nequeat, qui majori jure munitus, ſed illi annus & dies ad retrahendum in jure indultus ſit. Tiraquell. *de retr. lin. §. 1. gl. 6. n. 1.* Welle *cap. 5. n. 62.* Beſold *ad J. P. W. p. 2. th. 89. & ſeqq.* Frommann *th. 85. ſeqq. & th. fin.* D. Schweder *Vol VI. Conſ. Tub. conſ. 59. n. 28.*

## §. XIV.

Retrahuntur hic ſaltem prædia, quæ cenſum & com-

communem annuum canonem præſtant, excluſis mobilibus. Rhetius *de jur. congr. cap. 3. p. 24.* Frommann *th. 55. ſeqq.* urbana ſive ruſtica ſint, nulla differentia ſtatuenda, cum Jura noſtra generaliter loquantur, neque quoad prædia diſtinctionem faciant, neque ſine ædibus prædia ruſticorum coli queant, denique ædes quoque juxta notoriam praxin cenſum præſtent. Fritſch. *de jure congrui cap. 2. §. 2. & 3.* Rhetius *d. eod. cap. 3. pag. 25.* In Ducatu Wurtenbergico talia prædia cum cenſibus vocantur in J. P. W. *p. 2. tit. 16. ibi:* der veränderten theilbaren Hof-Lehen/ Huoben und andern dergleichen Zinß-Gütern/ & *rubr.* von Zins-Loſungen: Hof-Erb-Lehen oder Huob-Güter/ ſo der Landes-Fürſten oder anderer theilbahr: *Item:* Güter/ die ſonſten ewige Grund-Boden und Urbar-Zinß geben/ & §. Und wann. *ibi:* Hof-Lehen/ Huob- und Zinß-Güter & quoad dimidiam partem domus, quæ cenſum præſtabat, jus retractus cenſualis adjudicatum à D. Lauterb. *in Vol. II. Conſil. Tub. conſ. 36.* D. Schweder *Vol. VI. Conſil. 59. n. 38.* ubi itidem caſum de domo exhibet. D. D. Harpprecht *Conſil nov. 84. n. 60. ſeqq. & Reſp. 80. n. 256. usque ad 279.* neque differentia facienda, ſive prædium cenſiticum ſaltem quoad utile dominium, ſive pleno jure ad venditorem pertinuit. conf D. Heinneccius *in Elem. Jur. Germ. Lib. 2. tit. 2. §. 34. ſeqq. & 42.* Engau *Elem. Jur. Germ. L. 2. tit. 5. §. 93. 97. & tit. 6. § 104 ſeqq.* D. Leyſer *ſpec. 102. med. 1.* quamvis enim bona cenſitica, ubi plenum & omne dominium apud poſſeſſorem eſt, pro lubitu alienari, neque ab illo alienata, cui cenſus præſtantur, retrahi queant, Ziegler *in Diſſ. de bonis cenſ. §. 32.* D. Heineccius *d. t. 2. §. 45.* ſicuti in Jure Wurtenb. *p. 2. tit. 9.* §. Was diejenige Zinß-Güter/ alienatio libera horum bonorum itidem permiſſa eſt, iden-

 titas

titas tamen rationis potiſſimum in tali quoque caſu militat & in dicto §. expreſſe adjicitur, quod cenſus ex una manu & hic ſolvendus ſit, & cum in J. P. W. *p. 2. tit. 16.* generaliter quoque quoad bona cenſitica, der Zins-Güter / tetractus cenſualis, Zins-Loſung / admittatur, & in *O. P. W. autumnali p. 21. §. 40.* retractus cenſualis, quoad vineas diviſas conceſſus, ut reditus vinarius Gült-und Beeth-Wein conjungatur & ex una manu præſtetur, ideo non dubitandum, quin idem in bonis cenſualibus pleno dominio ad poſſeſſores ſpectantibus, communi tamen cenſui ſubjectis dicendum, & retractus cenſualis concedendus ſit. D. D. Harpprecht *Conſil. nov 84. n. 60. ſeqq. & Reſp. 80. num. 256. usque ad 279.* de cætero prædia ſive magna ſive parva ſint & unicus ager ſit, modo communem ſolvat cenſum, nihil intereſt. Fritſch. *d. jur. congrui cap. 4. §. 2. & 4.* ubi conſtitutio Saxo-Gothana adducitur. Bocer *cl. 3. diſp. 22. th. 25.* Neque porro refert, an cenſus impoſititius ſive reſervativus ſit, ſive in pecunia numerata, ſive in frumento, vino, gallinis, aliisque comeſtibilibus conſiſtat, cum conſtitutiones hic non diſtinguant, ſed generaliter loquantur & cenſus in pecunia numerata non conſiſtentes paſſim expreſſe admittantur, teſtante experientia & conſpirantibus urbariis & libris cenſiticis, uti in Ducatu Wurtenbergico, ob reditum vinarium annuum, Beeth-und Gült-Wein / retractus cenſualis conceſſus in der Fürſtl. Würtembergiſchen Herbſt-Ordnung *p. 21. §. 40.* quando nempe ejusmodi vinea redituaria ſeu onere annui reditus affecta inter duos aut plures diviſa. D. D. Harpprecht *Conſil. nov. 84 n. 71.* & generalitas quoque vocabuli, der Zinsloſung, in J. P. W. *p. 2. tit. 16.* occurrentis & quæ porro verba leguntur in dicti tituli §. Ferner ſetzen und ordnen wir / wann

wann auſſer einem eigenthumlichen Guth/ ein Landacht/ Land-Garben/ jährliche Frucht oder Wein Gülten item Urbar oder Boden-Zins verkauffet werden/ retractum cenſualem, ob omnem reditum vinarium & frumentarium, recte fundant Bocer *cl. 3. diſp. 22. th. 23. & 24.* Fromm. *th. 13. 44. 48. & 58.* Beſold *conſ. 47. & 111. n. 5. 19.* D. Harpprecht *Conſil. nov. 84 n. 59. ſeqq.* maxime cum experientia firmet, quod prædia ruſtica cenſum ut plurimum frumentarium præſtent, licet quoad decimas exulet retractus. D. Lauterbach *Vol. II. conſil. 36. n. 8. ſeqq.*

## §. XV.

Neque denique, ob identitatem rationis, aliud dicendum, ſi quæſtio incidat de bonis operarum ruſticarum præſtationibus obnoxiis, quæ Frohn-Güter nominantur, & retractus propterea competens, Frohn-Loſung/ dici poteſt, tales enim operæ pars canonis & cenſus aut annuæ præſtationis eſſe exiſtimantur: Fritſch. *Vol. 2. tr. 2. de ſtatu & jure pagorum cap. 8. §. 2.* ita ut non tantum in prædiis, ex quibus operæ jumentis præſtantur, Anſpänner-Güter genannt/ ſed & ex quibus manuales præſtantur, da mit der Hand gefrohnet wird/ & audiunt, Koßathen-Hinterſattler-Güter/ revocatio & reunio locum habeat, quando nempe talia prædia, Frohn-Güter/ ſervitio communi obnoxia, antea unita, deinde vero ſeparata & avulſa, modo operæ ruſticæ propter agros, de quorum reunione quæritur, præſtentur. Bodinus *d. jur. reuniendi pertin. th. 2.* D. Graſs. *d. retr. part. th. 6.* Fritſch. *d. jur. congr. cap. 4. §. 1. & 2.* uti in Conſtitutionibus Saxo-Gothanis, Luneburgicis, Anhaltinis, Magdeburgicis, Schvvarzenburgicis, der Frohn-Güter/ Frohnbahren-Dienſtbaren-Güter mentio expreſſa injicitur

citur, & ratio adjungitur, damit die Frohndienſte nicht vermindert noch geſchwächet / ſondern die Vereinzelung der Herrſchafftlichen Frohnen / ſo viel möglich / verhütet / und Veräuſſerung zu denen gantzen Frohn-Gütern zuſammen gebracht werden. referente Fritſchio *d. jur. congr. cap.* 4. §. 3. Engelbrecht. *d. reun. pertin.* §. 9. 12. 14. *ſeqq.* quæ ſententia per Reſcriptum Ducale de dato 2. Martii 1708. in Ducatu Wurtenbergico expreſſe approbata, ita ut ſi pars prædii vendatur, cui onus operarum, die Frohndienſt oder Gültfrohnen / quæ naturam canonis vel annuæ præſtationis habent, realiter inhæret, poſſeſſori reliqui prædii jus retractus adverſus eum competat, in quem altera pars alienata eſt, verba Reſcripti ita ſeſe habent: Uns iſt aus eurer unterthänigſten Anfrage puncto ſtrittiger Frohnloſung und verkaufften Ackers ꝛc.; ob nehmlich ein dergleichen Guth / auf welchem das onus der Frohndienſte realiter hafftet / wann ſolches von einander getrennet wird / und per venditionem zweyerley poſſeſſores bekommen / der Zinßloſung unterworffen / und ob caſu ſic, wir in Anſehen / daß gleichwohl unſerer Land-Rechten und Ordnungen von denen Frohndienſten keine expreſſe Meldung thun / dieſelbe nova Lege vel declaratione Legis jam latæ nicht ebenfalls darauf zu extendiren gnädigſt geruhen möchten / des mehrern unterthänigſt referiret worden / allermaſſen wir in Erwegung der hierunter vorwaltenden Motiven den Caſum quæſtionis unter unſerer Landrechtlichen Diſpoſition *p. 2. tit. 9.* §. Weil auch & *p. 2. tit. 16.* §. Und ob wir. & Lands-Ordnung. *tit. 16.* mit begriffen / und dieſelbe hiemit dahin avthentice declariret und gnädigſt extendiret haben wollen / daß dasjenige / was allda von der Zinß-Loſung ſtatuirt und vorgeſchrieben / auch in gegenwärtigen Caſu, ex paritate rationis

tionis ſtatt haben, und alſo, als wann es gleichfalls dahin mit gemeinet geweſen, verſtanden werden ſolle; Als geben wir euch ein ſolches, auf oben angeführte unterthänigſte Anfrage, zu dem Ende gnädigſt zu vernehmen, damit ihr ſo wohl in dieſem als andern mit demſelben gleiche Beſchaffenheit habenden Caſibus, wo nehmlich von dergleichen Gült-Frohnen, welche naturam canonis vel annuæ præſtationis haben, die Frage iſt; im ſententioniren euch darnach zu reguliren und alſo zu ſprechen wiſſen möget; quod reſcriptum refert D. Hæberlin *in Append. ad ſententias Dic. Wurt. n. XII.* & in Extract der Fürſtl. *General-Reſcripten pag. 64.*

## §. XVI.

Interdum ſimultanea emtio venditio fit, hincque de rebus retrahendis lites oriuntur, an & quomodo nimirum, ſin plures res inſimul & uno pretio venditæ, & una vel altera res ſaltem retractui cenſuali ſubjecta eſt, reliquæ vero nullum præſtant cenſum, retractus admittendus ſit? In genere facultas retrahendi concedenda, ex omnibus illis rebus conjunctim venditis, ſubjectas tantum cenſui communi revocandi, neque emtor jus habet, res cenſui non ſubjectas, retrahenti invito, una obtrudendi, nec retrahens cæteras à cenſu liberas proſequendi, ne in poteſtate venditoris ſit, hoc modo jus retractus per indirectum ſaltem competens auferre, cum longe æquius ſit, ſimultaneum emtionis venditionis contractum non nocere retrahenti, quam favere alterius lucro per talem contractum quæſito, cum indemnis pretio rerum illarum, cæterorumque refuſione ſervetur, prævia nempe judicis æſtimatione. J. P. W. *p. 2. tit. 16.* §. Wir verordnen. Frommann. *c. diſp. th. 61.* nec alteri

 per

per alterum ullo modo conditio iniqua inferri debeat. Welle *cap. 5. n. 69. ſeqq.* Fritſch. *de jure congr. cap. 8. §. 5.* Dn. à Berger *in Oecon. Jur. Lib. 3. tit. 5. §. 13. p. 661.* quæ ſententia in Ducatu quoque Wurtenbergico recepta. J. P. W. *p. 2. tit. 16.* §, Wir verordnen. Frommann *th. 61.* D. Lauterbach *Vol. III. Conſil. 234 n. 20.* D. Harpprecht. *Conſil 83. n. 464. & in novo Reſcripto Ducali* vom *28. Sept. d. A. 1740.* quod legi poteſt in continuatione oder zweyten Theils des *Extracts* der Hochfürſtl. *General-Reſcripten pag. 36. ſeqq.* expreſſe denuo approbata hiſce verbis: Uns iſt von Unſerem Vormundſchafftlichen Fürſtlichen Hof-Gericht unterthänigſt vorgetragen worden / was maſſen in Loſungs-Sachen bey einem ſamethafften Kauff, die bißhertige Praxis dahin gegangen, und vermög einiger ſowohl bey dem Fürſtl. Hof-Gericht, als der *Juriſten-Facultæt* zu Tübingen vorhandenen *Præjudicien* von der Landrechtlichen Verordnung, *p. 2. tit. 16.* §. Wir verordnen auch, *&c.* ein Abfall *ſtatuiret* worden / wann ein Käuffer / der einen ſolchen ſammethafften Kauff getroffen / es beſchwöhren und endlich erhärten könne / daß er ohne die ſamtliche Stück beyſammen, und beſonders das der Loſung unterworffene Guth mit zu haben, den Kauff nicht eingegangen haben würde, daß in ſolchem Fall der Löſer entweder von der Loſung abzuſtehen oder alle Stücke zuſammen zu löſen ſchuldig und verbunden ſeyn ſolle. Gleichwie aber die erwehnte *Diſpoſition* des Fürſtl. Land-Rechts dißfalls gantz klar und deutlich iſt / daß nehmlich aus einem geſammten Kauff, diejenige Güter und Stücke, worzu jemand eine Loſung hat, heraus gezogen und gelöſet werden mögen, auch krafft der *in medio* liegenden Verordnungen wider das Fürſtliche Land-Recht, keine widrige *Praxis* und *Obſervanz*, *per interpretationem doctri-*

*nalem*

*nalem* oder *uſualem*, ſo ſchlechter Dingen eingeführet werden mag / als wollen wir gnädigſt / daß es hinführo bey dem Buchſtaben obiger Land-Rechtlicher Verordnung ohne einige *Exception* verbleiben / und ſowohl bey denen Obern- als Unteren Gerichten in Unſerm Vormundſchafftlichen Hertzogthum darnach geſprochen werden ſolle; idem Statutum in Comitatu Hohenloico, gemeinſchafftl. Land-Recht. *p. 3. tit. 5. §. 18.* quæ tamen ſententia ex æquitate limitatur, ſi aperto conſtat vel plane per expreſſum pactum adjectum probari queat, quod emtor hos fundos ſeparatim emturus non fuiſſet, daß er ein Guth ohne das andere nicht gekaufft hätte / tunc omnes res retrahere, neque forte optimas cenſui ſubjectas eligere poſſit retrahens, hoc ergo in caſu aut omnes retrahere debet aut nullam *arg. L. 47. §. 1. de minor. L. 24. §. 1. de ædil. Ed. L. 46. de ſolut. L. 13. d. addict. in diem;* nam tali pacto nullum vitium ineſt & regulariter omnia pacta ſervanda ſunt, poſt Tiraquell. Gutierez. Frommann *th. 61.* Fauſt. *de retractu quæſt. 5.* D. Harpprecht *conſ. 77. n. 61.* Beſold *ad J P. W. p. 2. th. 91.* Quoad retractum quidem conſanguinitatis multi diſſentiunt & pluribus bonis uno pretio venditis, ſub quibus etiam avita continentur, horum intuitu ſeorſim jus retractus exerceri poſſe negant, ſed univerſá bona eſſe retrahenda contendunt. Welle *c. 2. n. 28. ſqq.* Wernher *Vol. VI. p. 5. obſ. 222.* Rhetius *de jur. congr. c. 2. p. 22.* ubi Jura Darmſtadina & Solmenſia conſona adducuntur: Quodſi autem res plures retractui cenſuali ſubjectæ conjunctim, in einem ſammethafften Kauff / uno pretio venditæ, & aliquis pro parte unam vel quasdam ex illis retrahere vult, minime audiendus erit, ſed omnes cenſui communi ſubjectas retrahere debet, ne optimam unam vel alteram eligat, cujus intuitu omnes emtor

 emit,

emit, cum inſuper hæc electio fini reunionis repugnaret. Knipſchild. *de nob. Imp. immed. Lib. 3. c. 9. n. 87.*

### §. XVII.

Sicuti autem retractus cenſualis eum in finem introductus, ut res retractus qualitate affectæ, **die mit der Loſung behafftete Güter**, quondam ſeparatæ vel diviſæ, ex neceſſitate nunc alienatæ, ad eam à qua ſeparatæ iterum perveniant & unum totum perficiant, cum majori commodo, & ut alienata pars prædii cenſitici ad retrahentis manus reducatur, **daß es in des Löſers Hand komme**, qui unum eundemque communem cenſum uni eidemque domino pro parte jam ſolvit, hincque etiam retractus cenſualis, **Zins-Loſung**, dicitur; Frommnnn *th. 5. & 63.* ita nemo in alterius commodum ex hac ipſa ratione prædii cenſitici partem retrahere poteſt, cum fini hoc repugnaret, & ratio ac favor conjunctionis ceſſaret. Gailius *Lib. 2. obſ. 19. n. 20.* Rhetius *de jure congr. cap. 5.* Brunnemann *cent. 2. dec. 5.* Richter *dec. 96. n. 164.* Welle *cap. 2. n. 4.* ubi Solmenſem Ordinationem refert, & conſpirat **das gemeinſch fftliche Hohenlohiſche Land Recht**, *p. 3. tit. 5. §. 16.* id quod itidem in J. P. W. *p. 2. tit. 16. rubr.* **Ob jemand dem andern zu guten löſen könne**, prohibitum legitur. Bocer. *claſſ. 3. diſp. 22. th. 55.* Frommann *th. 64.* D. Schweder *Vol. I Conſil. 59. n. 3. & Vol. VI. Conſil. 59 n 37.* D. Graſs *de ceſſione jur retr. § 7.* ubi addit, quod ob dolum & fraudem puniri queat; hinc ſuſpicionibus gravatus juramento ſe purgare debet, & ſi juramentum præſtare recuſat, habetur pro confeſſo & convicto. D. Graſs *c. diſp. §. 8. & Vol. V. Conſ. 39. n. 8. 9. 19.* D. Schweder *Vol. VI. Conſil. 59. n. 40 ſeqq.* ubi formulæ legi poſſunt, quamvis contra hoc juramentum legale probatio

in

in contrarium non excludatur, juxta tradita Strykii *Vol. I. diſp. Hall. 26. de prob. contra præſt. leg. juram. cap. 2. §. 7.* in commodum tamen liberorum parentibus jus retractus conceditur in Reſcripto Duc. Wurt. de An. 1739. d. 29. Maji, quod exſtat in der *Continuation* oder zweyten Theil des *Extracts* der Hochfürſtl. Würtembergiſchen *General Reſcripten p. 41.* hiſce verbis: Und da auch drittens, Unſer Fürſtlich Land-Recht *ſub finem tit. XVI. p. 2. diſponiret*, daß wann jemand ein Guth an ſich zu löſen befugt und gemeint iſt, derſelbe ſolches ihme ſelbſten und nicht einem andern zu gutem löſen ſolle, ſo wollen wir auch dieſes dahin gnädigſt erläutert haben, daß wann Eltern ihren Kindern zu gutem löſen wollten, ſolches denenſelben in allweg geſtattet werden ſolle, wie ohnehin die Vätter und Kinder in denen Rechten vor einerley Perſohnen gehalten werden, und dahero auch eines dem andern zur Erlangung ſeines Rechtens wohl behülfflich ſeyn mag. Ex hoc porro ſequitur, quod jus retractus cenſualis vix alteri extraneo cedi queat, cui poſſeſſio prædii cenſitici communem cenſum uni eidemque domino ſolventis deficit, cum fini & naturæ hujus retractus cenſualis hoc repugnaret: Quodſi autem tres vel quatuor tale prædium retractui obnoxium poſſideant, & ille, qui majorem partem prædii cenſitici tenet, ex defectu pecuniæ, haud retrahit vel ſequenti jus retrahendi relinquere velit, magis renunciatio juris retractus dicenda, & quod in favorem conſortis jure ſuo retrahendi uti nolit, cum talis propter poſſeſſionem partis prædii, quod communem cenſum debet, jure retrahendi ex propria perſona gaudeat. Gailius *Lib. 2. obſ. 19. n. 10.* Frommann *th. 65.* D. Graſs *de ceſſ. jur. retractus. §. 9. ſeqq. & §. 19. ac Vol. V. Conſil. Tub. conſ. 39. n. 119. ſeqq.* ſin vero illi, qui minorem

 partem

partem poſſidet, ſuum jus cedat, alteri, qui majorem tenet portionem, nullum præjudicium inferre, nec ſuum jus prælationis diminuere & tollere poteſt, per ea, quæ in §. 13. dicta ſunt.

## §. XVIII.

Revocatio prædii retractui cenſuali ſubjecti intra annum & diem facienda eſt. Rhetius *de jure congr. pag.* 94. Stryk. *d. S. A. J. diſſ.* 6. *cap.* 4. §. 44. *& ſeqq.* Welle *cap.* 7. Reinking. *de retract. conſang. cap.* 7. id, quod non ſolum in Ducatu Würtenbergico J. P. W. *p.* 2. *tit.* 16. *rubr.* **von Zeit der Loſungen**, Frommann *th.* 66. ſed ubique fere in Germania obtinet. Dn. Præſes *in Diſp. ſiſt. decad. quæſt. circa mat. de retractu qu.* 9. niſi aliud expreſſe ſtatutum, ut in Comitatu Hohenloico *p.* 3. *tit.* 5. *§.* 23. ubi retractui conſanguinitatis tres & reliquis unus menſis præſtitutus, ita ut ſi intra menſem retrahat, quando nimirum velit, compelli enim nequit. D. Harpprecht *conſil.* 94. *num.* 124. *ſeqq.* nominetur, **die Monath-Loſung**, ſin autem intra annum & diem, **die Jahrs-Loſung**, quod tempus à tempore venditionis perfecte initæ, licet traditio nondum acceſſerit. Rhetius *c. l. pag.* 50. Welle *cap.* 7. *n.* 11. *ſeqq.* Stryk. *d. S. A. J. diſſ.* 6. *cap.* 3. *§.* 4. *ſeqq.* Frommann *th.* 66. D. Harpprecht *Conſil.* 36. *n.* 86. *ſeqq.* Graſs *Vol. V. conſil.* 29. *n.* 52. *ſeqq.* incipit currere, usque ad ultimum diei momentum, ita ut ultima nocte, imo hora, rem revocare valeat. Carpzov. *p.* 2. *conſt.* 32. *def. for.* 2. *n.* 6. Frommann *th.* 66. dies tamen contractus haud computetur. D. Harpprecht *conſil.* 41. *n.* 25. & dies intercalaris, uti hoc anno evenit, ſuperaddatur, ſicque biduum, quod in biſexto, pro una die habeatur. *L.* 98. *d. V. S.* Beſold *ad J. P. W. p.* 2. *th.* 110. Frommann *th.* 67. Cum autem tempus anni

&

& diei ratione initii ſit utile, ita ad hoc, ut annus currere incipiat, vera, exacta, accurata & plena contractus ſcientia requiratur, & ut retrahere volens totum negotium, cum omnibus ſuis circumſtantiis & qualitatibus, penitus reſciverit & cognitum habuerit. D. Graſs *Vol. V. Conſil. 29. n. 52. ſeqq.* Stryk. *d. S. A. J. diſſ. 6. cap. 4. §. 53. ſqq.* neque enim vaga, generalis, rudis atque præſumta ſcientia ſufficit. D. Harpprocht *Conſil. 41. n. 14.* neque tamen ignorantia craſſa, ſupina vel plane doloſa attendenda ſit. Frommann *th. 68.* Harpprecht *Conſil. 36. n. 85. cum ſeqq.* in genere ſcientia haud præſumenda, ſed probanda. Gailius *Lib. 2. obſ. 48.* Beſold. *ad J. P. W. p. 2. th. 207.* Absque dubio ex tempore denunciationis in os aut ad domum à venditore facta, annus & dies currit. J. P. W. *p. 2. tit. 16.* §. Und ſoll. Frommann *th. 68.* D. Harpprecht *conſ. 36. n. 86 ſeqq.* neque tamen hic denunciatio oralis præciſe neceſſaria, niſi alicubi pro forma requiratur. Fritſch. *d. jur. congr. cap. 7. §. 1. ſeqq.* ſed ſufficit, ſi aliunde de contractu & pretio ſufficienter certioratus ſit, uti in Ducatu Wurtenbergico J. P. W. *p. 2. tit. 16.* §. Welche man. *p. 294.* cum non opus ſit, ut qui per alium jam de toto contractu certior factus, ab ipſo venditore certior reddatur, contra regulam. *L. 1. de act. emt. vend* D. Harpprecht *Conſil. 41. n. 9. & 10.* Stryk. *d. S. A. J. diſſ. 6. cap. 4. § 53.* id quod etiam in Comitatu Hohenloico receptum: Gemeines Hohenlohiſches Land-Recht, *p. 3. tit. 5. §. 23. n. 2.* Quamvis autem ignoranti alienationem factam eſſe, tempus annale haud currat, tempus tamen tricennale contra ignorantem incipit currere & continuatur. *L. 3. C. d. præſcript. 30. annorum.* Frommann *th. 68.* Stryk. *de ſucceſſ. ab. J. diſſ. 6. cap. 4. §. 66.*

§. XIX.

§. XIX.

Qui retractu cenſuali uti vult, pretium rei conventum integrum, vere vel ficte, quatenus nimirum admittitur Dn. Præſes *in Dec. quæſt. de retractu q. 10.* cum omnibus contractus gratia factis legitimis ſumtibus & meliorationibus, circa quas proteſtatio tempeſtiva, ad impediendas nimias meliorationes, commendanda, emtori, qui retractum ſponte admittit, congruo loco ac tempore, & prævia æſtimatione ac moderatione, refundere debet, licet juſto majus ſit pretium. Frommann *c. diſp. th. 69. ſeqq.* D. Harppr. *reſp. 74. n. 35.* Welle *in c. Diſp. c. 6.* Reinking. *de retractu conſang. qu. 6.* Dn. Præſes *de retr. territ. communi & perpet. reluit. §. 16. 26. & 28.* ubi plures quæſtiones reſolvuntur. Quodſi autem emtor retractui locum dare & pretium accipere recuſat 1.) retrahens pretium integrum, cum nummis bibalibus & reliquis legitime factis impenſis, 2.) emtori realiter offerre. D. Schweder *Vol. VI. Conſil. 38. n. 5. ſeqq.* Harpprecht *conſil. 83. n. 37. reſp. 95. num. 75. ſeqq.* ac deinde 3.) teſtato pecuniam oblatam numerare & 4.) numeratam ſacco includere & 5.) incluſam rite mox obſignare, denique 6.) coram magiſtratu vel duobus Senatoribus aliisque viris honeſtis deponere, ac 7.) in eo ſtatu usque ad eventum litis relinquere debet, quæ ſolennitates late pertractantur à D. Frommanno *th. 78. 79.* & D. Harpprechto *Conſil. 36. & 70. ac Reſp. 95.* & in Ducatu Wurtenbergico omnes præſcriptæ occurrunt, J. P. W. *p. 2. tit. 16. rubr.* von *Oblation,* Anbietung und Hinterlegung, & declaratæ in Reſcripto Ducali d. Ao. 1739. d. 29. Maji. *hiſce verbis:* Als haben wir zu ſolchem Ende erwehnte *Rubric* Unſeres Fürſtl. Land-Rechtens dahin erläutern wollen, daß derjenige, ſo löſen will, in der in dem Fürſtl. Land-Recht geſetzten Zeit, Jahrs und

und Tags dem Käuffer den Kauff-Schilling, wie ſolcher baar oder Ziels-weiſe, *pure* oder *conditionate* verglichen, ſamt dem Weinkauff und was ſonſten gebührlich aufgegangen, würcklich zu bezahlen anbieten, und da er der Loſung ſtatt thun und das Geldt annehmen will, ihme gleich auch darzehlen ſolle: Wo aber der Käuffer der Loſung nicht ſtatt geben, noch die anerbottene Bezahlung annehmen wollte, ſoll der Löſer das Geld, ſamt dem Weinkauff, ſo er zu hinterlegen begehret, Unſeren Amtleuten, Burgermeiſtern und Gericht nicht aber vor deſſen einzelen Perſonen, oder wo er dieſen Weg einer Gerichtlichen *Depoſition* nicht erwählen wollte, vor ſonſten zwey erbahren Männer, die er als *Depoſitarios* beſonders darzu zu erwählen und zu erbitten hat, (mithin nicht genug iſt, wann er auch in Gegenwart mehrer Perſonen, bey ein- oder dem andern, das Geld *deponi*ren wollte, ſintemahlen die andere alle nur als Zeugen, nicht als *Depoſitarii*, anzuſehen ſind,) 1.) darzehlen, und wann es alſo dargezehlet, 2.) in einem Sack oder Beutel, oder auch in einem Papier gleich *obſigni*ren, und 3.) verpitſchiret hinterlegen, auch daſſelbe 4.) biß zu Austrag des Handels unangegriffen liegen laſſen. Welcher nun eines und das andere hiervon verſäumen, und nicht alles zumahl pünctlich *obſervi*ren würde, oder in Zukunfft vermeinen wollte, daß die Hinterlegung bey dem Vogt- und Burgermeiſter-Amt zu dem erſten *Depoſitions-modo* hinlänglich wäre, der ſolle ſeiner Loſungs-Gerechtigkeit verluſtiget ſeyn. Wie man dann bey denen Gerichten Unſeres Vormundſchafftlichen Hertzogthums in vorkommenden Loſungs-*Differentien* auf die vorgeſchriebene *Solenni*en genau zu ſehen, und allezeit darauf zu *reflecti*ren haben ſolle, was der Löſer bey der gethanen *Depoſition* vor eine *Intention* gehabt haben möge, ob

er nehmlich/ nach dem erſten vorgeſchriebenen *modo*, den Kauff-Schilling und Zugehörde vor Unſern Amtleuten/ Burgermeiſtern und Gerichten *conjunctim*, oder/ nach dem andern *modo*, vor zweyen ehrbahren Männern/ die in allweg auch von denen vorigen seyn können/ nur daß ſich der Löſer darbey deutlich erkläre/ wie er dieſelbe nur als *Privat Depoſitarios* erkieſt/ hinterlegen wollen/ nach welchen ſo fort dann auch der Sachen ihre rechtliche Entſcheidung zu geben iſt. Quod reſcriptum typis expreſſum legi poteſt in der *Continuation* oder zweyten Theil des *Extracts* der Hochfürſtl. Würtemb. *General Reſcripten pag. 38. & 39.*. In aliis provinciis ad Jura Provincialia & conſuetudinem potiſſimum reſpiciendum, & in ſubſidium ad Jura communia depoſitionis recurrendum. Lauterbach. *d. depoſ. jur. th. 4. ſeqq.* Fritſch. *de jure congr. cap. 8. §. 7.* Welle *cap. 7.* Knipſchild. *de Nob. Imp. immed. lib. 3. cap. 9. n. 103.-123.* Reinking. *de retr. conſanguin. q. 6.* Inter onera quoque refertur laudemium, quod ob novam alienationem abſque dubio præſtandum & à retrahente emtori, qui id ſolvit, reſtituendum eſt, ſi prædium laudemio oneratum, adeo ut tam retrahentem, quam emtorem ad laudemium ſolvendum adſtringere multi haud dubitent. vid. Welle *cap. 4. n. 131. 132. & cap. 5. n. 72. 73.* rectius autem de juris veritate hic judicat Fritſchius *d. jur. congr. cap. 8. §. fin.* quod nempe retrahens minime ad ſolutum laudemium emtori reſtituendum, & ob retractum ad novum laudemium denuo præſtandum obligetur, cum hoc modo duplici onere præter meritum gravarentur retrahentes, cum tamen retrahens jure retrahendi nemini faciat injuriam, ubi addit, quod officiales nonnunquam per ignorantiam, ſed inique duplex laudemium exigant, & ita quoque in Regimine Schwarzenburgico judi-

judicatum eſſe teſtatur, id quod ex eo jure apparet, quod retrahens emtoris vices per omnia ſubeat & in omnia pacta & onera intret, cum res cum ſua cauſa & onere tranſeat, neque duplex alienatio intercedat. Plebſt. *ad J. P. W. p. 2. th. 144.* Frommann *th. 24. & 95. ſeqq.* ſed una tantum intelligatur emtio, unus contractus, quem retrahens ipſe iniviſſe cenſetur, dum depulſo emtore in locum ejus velut emtor ſuccedit, & omnem contractus effectum in ſe transfert. Joh. Voëtius *ad L. commiſſ. n. 29.* D. Beck. *de jur. emphyteut. cap. 11. §. 14.* Hinc ſi diviſa ſit ſolutio pretii & diverſis temporibus facienda, auf Zeit und Ziel, Ziel-Friſten, eadem dilatio retrahenti concedenda, neque tamen termini conventi pretii lite ſuper retractu pendente labentes, die in währendem Loſungs-Stritt verfallene Jahrs-Zieler, à retrahente emtori denuo offerri & recuſati etiam legaliter deponi debent. Knipſchild. *de Nob. Imp. immed. lib. 3. cap. 9. n. 107.* Reinking. *de retr. conſ. quæſt. 6. n. 27. & 38.* Mevius *p. 5. dec. 75.* Frommann *th. 73.* D. Harpprecht *conſil. 36. n. 91. ſeqq.* ſed lata ſententia definitiva nulli novi termini indulgentur, ſed lapſi termini ſimul & ſemel ſolvi debent. Sæpius ſumma quoque expenſarum vel pretium ex multis cauſis incertitudini ſubjacere queant, proteſtatione retrahenti conſulendum, ſi majus pretium eſſe conſtiterit, quod reliquum prompte quoque ſolvere velit, quæ proteſtatio jus retractus conſervat & emtorem ad accipiendam ſolutionem cogit. J. P. W. *p. 2. tit. 16.* §. Und da der Löſer. Frommann *th. 72.* D. Harpprecht *Reſp. 5. n. 165.* Hæ ſolennitates præſcriptæ, ceu res facti, non præſumuntur ſed probandæ ſunt. Frommann *th. 79.* D. Harpprecht *conſ. 36. n. 61. ſeqq.* pro forma tamen requiruntur & ad unguem obſervandæ ſunt. Gailius *lib. 2. obſ. 19. n. 15. ſeqq.* ideo ſi

retrahens in una ſolennitatum obſervatione, ratione retractus, defecit, tunc forma deficiente, jure retractus non gaudet, ſed jus ſuum amittit. Frommann *th. 79.* D. Harpprecht *conſil. 36. n. 61. ſeqq.* neque moræ purgatio elapſo anno admittitur. Carpzov. *p. 2. conſt. 32. def. 5. n. 7. ſeqq.* Stryk *d. S. A. J. diſſ. 6. cap. 4. §. 63.* intra anni & diei ſpatium tamen retrahens hoc vitium purgare, & omiſſa ſuplere, novamque depoſitionem adornare valet, quod in caſu, ſi lis per aliquot annos duret, admodum utile eſſe & jus retractus ſalvare poteſt. Beſold. *p. 2. th. 122.* Harpprecht *Reſp. 5. n. 145. ſeqq.* imo ſi ob ineptam actionem prius inſtitutam, vel ex alia ſimili cauſa contra retrahentem judicatum ſit, deinde autem utilior & competens actio electa & denuo in judicium deducta, vel vitia emendata ſint, ſane vitiis correctis, intra annum & diem de novo agere valet, ita ut exceptio rei judicatæ eatenus ipſi haud obſtet. D. Harpprecht *Reſp. 5. n. 145. ſeqq.* D. Schweder *Vol. VI. Conſil. 34. num. 10. & conſ. 37. n. 13. conſ. 77. n. 16.*

§. XX.

Quamvis autem alicui jus retractus competat, minime tamen ſibi ipſi jus dicere debet, contra *L. 13. quod metus cauſa* Plebſt *ad J. P. W. p. 2. th. 177.* ſed actionem contra emtorem in judicio inſtituere debet, utpote qui obligatus eſt ad rem retractui ſubjectam, ipſi cedendam & tradendam, ſicque ad dominium per eandem transferendum. Frommann *th. 88.* Sicuti autem hæc obligatio ex moribus Germanorum & Juribus Provincialibus & ſtatutariis deſcendit, & magis in rem concepta dicitur, ita nulla alia actio exinde oriri poteſt, quam condictio ex moribus & ſtatuto ex. gr. Wurtenbergico. Schweder. *Vol.*

*Vol. 1. conſ. 120. n. 7.* Lauterb. *Vol. 3. conſ. 193. n. 6.* quæ in rem ſcripta eſt, non enim tantum contra emtorem competit, ſed etiam ſi deſiit poſſidere, ſecundum naturam actionum in rem ſcriptarum, contra tertium quemcunque poſſeſſorem datur, ita ut in hoc imitetur naturam actionum realium, ex quacunque tandem cauſa, & quæ alias retractui non facit locum, ut donatione & permutatione, alienatio in tertium facta ſit, Frommann. *th. 87. ſeqq.* D. Graſs. *d. retr. part. th. 23. 24. & in praxi antiq. mod. act. for. in ſpecie ſimplic. directarum & in rem ſcriptarum div. 11. S 1 §. 10. & 22.* ubi qualitates hujus condictionis ulterius examinantur D. Majer *in diſp. de foro rei ſitæ th. 56. & ſeqq.* D. à Ludolph. *Obſ. 134.* Inter illas ſingulariter referendum, quod hæc condictio in rem ſcripta, ob retractum cenſualem competens, neque active, neque paſſive in hæredes tranſeat, cum active non competat, niſi poſſeſſoribus rerum cenſui communi ſubjectarum juxta §. 11. ita ut ſi hæres in diviſione hæreditatis hanc rem non acceperit, ille hanc actionem, ob poſſeſſionem rei certæ vel ob certam qualitatem competentem, movere nequeat, niſi hæres & inſimul poſſeſſor ſit, ſicque hæc facultas cum re tranſeat; neque etiam hæc condictio paſſive in hæredes tranſit, cum non niſi contra emtorem tanquam poſſeſſorem competat, ideoque nec contra hæredem qua talem, ſed qua poſſeſſorem moveri poteſt, ita ut, ad inſtar realium actionum, contra poſſeſſorem concedatur, remque ſequatur, & cum ipſa quaſi re, in quemlibet ejus ex alienatione huc ſpectante poſſeſſorem ambulet Frommann. *th. 88. 90. & 92.* Non vero ſolummodo ad rem cenſiticam repetendam datur, ſed ſi intra menſem ſtatim retractus, die Monath-Loſung exercetur, emtor omnes fructus ſimul reſtituere debet ſe-

 cundum

cundum J. P. W. *p. 2. tit. 16. pag. 294.* O. P. W. *tit. 18. §. 2.* Bocer. *cl. 3. diſp. 22. th. 60.* Quod ſi annalem tantum retractum petat & forſan lis aliquot annis duret, tunc emtor primi anni fructus retinet, reliquorum autem annorum fructus, deductis tamen expenſis, itidem reſtituere debet, Beſold *ad J. P. W. p. 2. th. 109.* Frommann *th. 89.* Lauterbach *Vol. 3. conſ. 139. n. 22.* add. Reinking *de retr. conſanguin. qu. 8.* quomodo petitum in genere formandum tradunt Frommann *th. 93.* D. Bœhmer *in tr. d. act. l. 2. cap. 8. §. 92.* ſpecialiter hic peti poteſt, Bitte in Rechten zu erkennen und zu ſprechen/ daß R. der Zinsloſung ſtatt zu thun/ mithin das *quæſtionir*te Guth ihme A. mit der aufgehobenen Nutzung wieder abzutretten und einzuraumen ſchuldig und gehalten ſeyn ſolle, ſub refuſione expenſarum; Plures ſententiæ legi poſſunt apud D. Graſſium *Vol. V. conſil. 29. & 39.* D. Schweder. *Vol. VI. conſil. 59.* D. Harpprecht. *conſil. 36. & 99. & Reſp. 84.* ubi adhuc notandum, quod in foro domicilii, Tiraquell. *de retract. lin. §. 8. gl. 8. n. 9.* Joh. Ant. Mangilius *de evictionibus qu. 136. n. 20.* & rei quoque ſitæ hæc condictio inſtitui queat. Rhetius *de jure congr. cap. 9.* D. Graſs *de act. dir. & in rem ſcript. ſ. 2. §. 2.* & jura quoque rei ſitæ in decidendo obſervanda ſint. Tiraquell. *de retr. lin. §. 1. gl. 1. n. 1. & ſeqq.* Reinking. *q. 1. n. 43.* Knipſchild. *de Nob. Imp. immed. lib. 3. cap. 9. n. 150.* quid ſi autem retractus alicui adjudicatus & emtor à venditore propterea evictionem petat, minime audiendus erit, cum, ex ſua natura & vi Legum, retractus cenſualis conceſſus fuerit, ita ut nullum factum venditoris culpoſum hic concurrat. Fauſt. *de retr. quæſt. 2.* Rhetius *p. 82.* Stryk. *in uſu mod. §. 39. & 51. tit. d. evict.* Bardili *Exerc. 43. concl. for. 26.* Joh. Ant. Mangilius *de evict. quæſt. 136. cum ſeqq.* & quid juris ſit, ſi damnum deterioratio-

rationis, amiſſionis & interitus, pendente lite in retractu, in re retrahenda contingat, late per varias diſtinctiones reſolvunt. Frommann *th. 97.* Mevius *p. 8. dec. 149.* Reinking. *de retractu conſanguin. q. 8. ni 197. ſeqq.* D. Harpprecht *conſil. 94. n. 133. usque ad 202.*

## §. XXI.

Diximus autem ſupra, quod plura requiſita ad fundandum retractum cenſualem neceſſaria & obſervanda & inſuper probanda ſint, cum ſint res facti: Retrahens igitur 1.) probare debet, jus retractus cenſualis in eo loco, in quo prædium retrahendum ſitum eſt, uſu obtinere, vel Juribus Provincialibus expreſſe introductum eſſe, cum enim retractus cenſualis non Juris ſed conſuetudinis, & quidem non univerſalis ſed particularis hujus vel illius loci ſit, ideo illi, qui, vi juris retractus cenſualis, talia bona immobilia ab emtore illud Jus negante retrahere vult, ceu actori, incumbit probatio. *arg. L. 2. & 21. de prob.* Fritſch. *de jure congr. cap. 3. §. 1. & cap. 8. §. 1.* Rhetius *cap. 2. pag. 14. 15.* Richter *dec. 36. n. 67. ſeqq.* Joh. Voëtius *ad L. commiſſ. num. 9.* 2.) docere debet retrahens, quod ſuum, quod poſſidet, & venditum prædium, ceu olim unita, uni eidemque domino unum eundemque & ſic communem cenſum quotannis præſtare debeant, daß dieſe Zinß-Gült- und Frohn-Güter ehemahlen einhändiger Zinß-Gült und Frohn halber zuſammen gehöret haben. Fritſch. *cap. 8. §. 1.* D. Harpprecht *Conſil. nov. 84. per totum.* Welle *cap. 5. n. 18. ſeqq.* quando enim prædia hæc duo, quod retrahens poſſidet & quod retrahere vult, nunquam ſub communi cenſu fuerint unita, ceſſat Jus congrui & retractus cenſualis, Richter *dec. 76. n. 63.* & quidem hæc prædii retrahendi qualitas, quod ſcilicet illud

lud onere communis alicujus cenſus affectum ſit, non taliter qualiter, ſed per neceſſariam probationem & ſufficientem demonſtrari debet, Frommann *th.99.* D. Harpprecht *conſil. nov. 84. n. 45.* adeo ut ſculteti loci in ſcriptis & absque juramento impertitum teſtimonium haud ſufficiat, niſi alia fortiora adminicula concurrant, neque ſola præfecti & officialis in libro publico, non adjecta ratione, documento vel teſtimonio, obvia annotatio communis cenſus, cumprimis, ſi evidenti contrarietatis vitio laboret, vel alias juris præſumtiones ſibi habeat adverſas, per late deducta D. Harpprecht. *conſil. nov. 84. n. 22. 35. & 49. ſeqq.* uti neque ex eo, quod cenſus ex pluribus prædiis debitus non niſi eo tempore, quo unus tantum, idemque ſimultaneus eorundem poſſeſſor fuit, ex una manu præſtitus ſit, præſumtio, inprimis inſpecto Jure Wurtenbergico, tuto colligi queat, quod cenſus ille omnibus illis prædiis pro indiviſo communis ſit. D. Harpprecht *conſil. 84. n. 29. ſeqq.* neque ſola compoſſeſſio, coemtio & nominatio bonorum in litteris inveſtituræ & cenſiticis ſufficit D. Leyſer *ſpec. 100. m. 6. & 7.* quod ſi vero, ex urbariis & libris cenſualibus ſuis requiſitis conſtantibus, appareat, quod hæc duo prædia, retrahens & retrahendum, ad unum unitum prædium ſpectent & communem cenſum præſtent. Fritſch. *de jur. congr. c. 8. §. 2.* D. Leyſer *ſpec. 100. med. 5. & ſp. 101. med. 1.* Welle *cap. 5. n. 21. & ſeqq.* vel ſi communis collector & curator, Träger, uti in Ducatu Wurtenbergico fieri debet, vi Reſcripti d. Ao. 1663. in dem *Extract* der Fürſtl. *General-Reſcripten. pag. 7.* Herbſt-Ordnung. *p. 21. §. 40.* ab omnibus cenſuariis eum in finem conſtitutus, ut cenſus communes colligat & ex unito & communi prædio ſimul præſtet, tunc exinde quoque unio & communio cenſus colligi poteſt.

D. Harp-

D. Harpprecht. *conſil. 84. n. 20. 31. & 71.* Welle *c. 5. n. 56. ſeqq.* ubi nominat Lehen-Trägeren / Lehenträgeren-Güter: D. Schrœter *in Diſp. de Curatore Feudi*, Lehenträger / vel ſi per teſtes vel alio legitimo modo demonſtrari queat, quod ſub uno eodemque cenſu & ſervitio prædia hæcce olim unita fuerint. Fritſch. *cap. 8. §. 2.*

§. XXII.

Quæ tandem hunc retractum cenſualem impediunt, vel tollunt & deſtituunt, ſparſim in præcedentibus jam dictum: Huc refertur potiſſimum Renunciatio retractus. Joh. Baptiſta Cardinalis de Luca *in Theatro juſtitiæ & veritatis diſceptat. 80. d. ſervit.* quæ nec ſcripturam nec judicialem confirmationem, nec alias ſolennitates requirit, nec quicquam refert, ſive gratis, ſive data pecunia fiat, ſive ante vel poſt celebratam & impletam emtionem venditionem facta, cum non ſolum juris quæſiti, verum etiam quærendi renunciatio valida ſit, nec deinde facultas pœnitendi amplius tali in caſu locum habet, cum ex renunciatione jus emtori quæſitum ſit, quod ei invito auferri nequit, D. Harpprecht. *Reſp. 4. n. 100. & ſeqq.* Rhetius *d. jur. congr. cap. 4. fol. 53.* neque tamen maritus ſolus in retractu uxorem concernente abſque uxoris conſenſu renunciat, D. Harpprecht. *Reſp. 4. n. 113. & 142. ſeqq.* D. Schweder *Vol. VI. conſ. 34. n. 7.* neque uxor hodie ſine curatore renunciat. Fritſch. *de jur. congr. c. 7. §. fin.* Non vero ex ſola taciturnitate & non contradictione, ac præſentia, renunciatio præſumenda, ſi quis nempe à venditore rem ſibi oblatam emere nolit, vel ſi contractui emtionis venditionis interfuit, licet compotatio des Weinkauffs acceſſerit, cum tacuit, ſalvo jure ſuo. *arg. L. 8. §. 15. quibus mod. pign. ſolv.* Bocer *cl. 3. diſp. 22.*



*th. 53.*

*th.* 53. & 54. Frommann *th.* 100. Rhetius *cap.* 4. §. 53. neque qui alienationem permittit, vel in eam conſentit, vel inſtrumentum emtionis venditionis ſubſcribit, pro renunciante habendus, cum tacens in ſuum præjudicium pro conſentiente non habetur, & ſatius eſt, licitationem alterius exſpectare, atque per annum & diem deliberare, utrum expediat ſibi retrahere nec ne? & ſæpius quis ut teſtis inſtrumentum ſubſcribit. Joh. à Sande *dec. Friſ. l.* 3. *tit.* 5. *dec.* 8. Reinking. *de retractu conſang. quæſt.* 2. *n.* 156. 192. 201. *ſeqq.* Rhetius *de jur. congr. cap.* 4. §. 54. Knipſchild. *de Nobil. Imp. immed. lib.* 3. *cap.* 9. §. 51. *ſeqq.* Welle *cap.* 3. *n.* 15. *ſeqq.* Lauterbach. *Vol. II. conſil.* 109. *n.* 2. & 6. D. Harpprecht *conſil.* 95. *n.* 399. quodſi vero retrahenti denunciatio contractus facta, maxime ubi de neceſſitate fieri debet, & ille declaravit, ſe emere nolle, retractui renunciaſſe cenſetur in Saxonia, nec poſtea pœnitendo ad retractum redire poteſt, licet obtendat, ſe ignoraſſe contractus circumſtantias, quia ſufficit ſubſtantialia contractus, nimirum mercem & verum pretium, ipſi ſignificata eſſe, & imputare ſibi ſuæque facilitati debet, quod non prius cuncta exploraverit, ſed renunciationem præcipitaverit, indeque cauſam dederit, ut alter ab ulterioribus ſe liberum putaret. Carpzov. *p.* 2. *conſt.* 32. *def.* 1. ibique Goswinus ab Esbach. Mevius *p.* 3. *dec.* 253. *num.* 8. Ahasverus Fritſch. *de jur. cougr. cap.* 7. §. 8. ubi tamen limitant, ſi alter exprimenda dolo celavit. Richter. *dec.* 76. *n.* 168. Aliud in Ducatu noſtro Wurtenbergico receptum, ita ut talis renunciatio ipſum à Jure retractus non excludat, niſi in reſponſione negativa ſimul renunciaverit ſibi competenti juri retractus. J. P. W. *p.* 2. *tit.* 16. §. Als ſich auch. *ibi:* Derſelbige aber ſich darauf erkläret/ daß er (der Verkäuffer) ſein Guth/ wohin er wolle/ verkauffen

kauffen möge / *&c.* wann er allein ſich darbey nicht vernehmen läßt / daß er ſich ſeiner Loſungs-Gerechtigkeit begeben haben wolle. Frommann. *c. Diſp. th. 100.* & hoc modo juxta Jus quoque commune diſtinguit Welle *c. 2. n. 39. ſeqq.* cum aliud ſit, emere nolle, aliud retrahere. Beſold *in cont. Th. pr. voce* Nachbarn. hæcque renunciatio retractus cenſualis renunciantem non niſi ſemel, neque ſucceſſores obſtringere poteſt, ſed ſi alia alienatio ſupervenit, naſcitur denuo jus revocandi, Beſold. *p. 2. th. 78.* Frommann *th. 100.* Lauterb. *Vol. II. conſ. 36. n. 5.*

## §. XXIII.

Non vero ſaltem expreſſa renunciatio admittitur, ſed etiam tacita intervenire poteſt, ut ſi retrahens, intra annum & diem, vel in genere intra tempus retractui præſtitutum, ſuo jure uſus haud fuerit. J. P. W. *p. 2. tit. 16. rubr.* von Zeit der Loſung / Frommann *th. 100.* D. Graſs *Vol. V. conſ. 2. n. 133. & conſ. 29. n. 24. ſeqq.* Lauterb. *Vol. III. conſ. 193. n. 19.* Quamvis hoc ipſo in futurum minime ſibi præjudicet, cum, nova contingente alienatione, denuo hoc jus retractus cenſualis naſcatur & exerceri queat. Frommann *th. 101.* Engelbrecht *in Diſſ. de reun. pertin. th. 6.* ubi ita ſcribit: præſcribi non poteſt diverſarum venditionum retractus; ratio hujus aſſerti eſt, quod non valenti agere nulla currat præſcriptio; jam vero, ſi venditio facta eſt, neque is, qui Jus retrahendi habet, intra annale tempus eodem uſus fuerit, non valet agere, donec nova contrahatur venditio, adeoque intermedium illud tempus, licet centum vel plurium annorum ſit, ipſi non currit præſcriptio annalis, ac illa præſcriptio, ratione futuræ venditionis, ipſi non poteſt obeſſe, quoniam intuitu præſentis emtoris juri ſuo tantummodo renun-



ciavit,

ciavit, reſpectu vero futurarum venditionum, eo ipſo durat, dum iterum denunciatio illi facienda, & ſi hæc omiſſa fuerit, jus retrahendi ipſi ſalvum manet. Idem dicendum, ſi retrahens pecuniam depoſitam recipit, cum eo ipſo contractum approbare & retractui renunciaſſe cenſeatur; Actus enim recuperationis tollit actum depoſitionis. Tiraquell. *de retr. conſ.* §. 7. *gl.* 3. *num.* 4. Frommann *th.* 78. Reinking *de retr. conſang. n.* 479. *ſeqq. qu.* 5. vel ſi Jure Wurtenbergico intra annum à tempore depoſiti emtorem judicialiter non convenerit, neque actionem ſuam in judicium deduxerit. J. P. W. *p.* 2. *tit.* 16. §. Der Löſer. *pag.* 295. Bocer *claſſ.* 3. *diſp.* 22. *th. fin.* Beſold *p.* 2. *th.* 119. Plebſt. *p.* 2. *th.* 177. *ad J. P. W.* Ut tamen renunciatio valeat, neceſſe eſt, ut verum pretium, non falſum & ſimulatum ſciverit; quæ enim mendacio ſuppreſſa, non habentur pro notoriis, cum quantitas pretii animum retrahentis quam maxime impellere poteſt ad retrahendum nec ne. Frommann *c. diſp. th.* 100.

## §. XXIV.

Quid dicendum ſit de reſtitutione in integrum, per varios caſus exponendum & quidam minori contra lapſum anni & diei reſtitutio in integrum non deneganda, ita ut novus annus & dies ei indulgendus ſit. *t. t. d. minor. cap. conſtitutus* 8, *x. d. in int. reſt.* Beſold *p.* 2. *th.* 82. Frommann *th.* 100. Stryk. *d. S. A. I. diſſ.* 6. *cap.* 4. §. 55. Sforzia Oddus *de reſt. in integ. p.* 2. *q.* 87. *n.* 2. *ſeqq.* ita ut etiam conſorti majori proſit. Tiraquell. *d. retr. lin.* §. 23. *gl.* 1. *n.* 89. D. Harppr. *Vol. nov. conſ.* 10. *n.* 150. Majores vero, ſi ſciverunt rem alienatam eſſe, ſed ignorarunt eandem cum prædio ſuo eſſe cenſualem, vel crediderunt permutationem ſubeſſe, ita ut retractus locum non habeat, elapſo anno non admittuntur, nec ex capite ignorantiæ in integrum reſtituuntur. D. Harpprecht *conſ.* 36. *n.* 90. *conſ.* 99. *n.* 81. Beſold *p.* 2. *th.* 106. & *conſ.* 271. *n.* 4. *ſeqq.* neque, ob ignorantiam pretii, majores reſtitutionem in integrum ſibi promittere poſſunt, dum plerumque



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166906-p0062-2

affectata & craſſa & intra annum & diem notitiam facile habere potuerint., D. Graſs *Vol. V. conſ. 29. n. 60. ſeqq.* Knipſchild. *d. Nob. Imp. immed. L. 3. c. 9. n. 127.* quodſi tamen venditor non juſtum & congruum pretium dolo malo dixerit, & alter ob hujus iniquitatem emere recuſavit, deinde vero minus & verum pretium reſcivit, non pro excluſo habendus, ſed ad retrahendum admittendus. Mevius *p. 2. dec. 253. n. 8.* Fritſch. *cap. 7. §. 4.* uti quoque, ſi emtor per errorem vel plane falſis perſuaſionibus inductus retractum admiſerit & retrahenti rem tradiderit, tunc emtor errore vel dolo probato prædium à retrahente repetere valet. D. Harppr. *conſ 52.* D. Schweder. *Vol. VI. conſ. 59. n. 32.* Aliud ergo dicendum, ſi ſpontanee, ſciens, prudens retractum conceſſit & ſuum jus remiſit, quæ tamen ultronea retractus admiſſio ſequentibus poſſeſſoribus nullum præjudicium afferre poteſt, cum res inter alios acta, tertio non præjudicet. D. Harpprecht *conſ. nov. 84. n. 54. ſeqq.*

## §. XXV.

Utrum emtor & venditor in præjudicium retrahere valentis à venditione inita recedere queant, diſtinctione expediunt Doctores; & ſi res adhuc integra & venditio conſenſu quidem perfecta, ſed per traditionem rei & ſolutionem pretii nondum conſummata ſit, pœnitentiam in continenti. Vid. Stryk. *in tr. d. S. A. J. diſſ. 6. cap. 4. §. 39.* ſubſequutam admittunt. *§. fin. J. quibus mod. toll. oblig. L. 58. d. pact. L. 1. C. qnando lic. ab emt. reced.* dum nullum adhucdum jus ipſi quæſitum eſt; quodſi autem venditio per traditionem adimpleta, ſicque res non amplius integra ſit, jus retrahendi ſemel quæſitum invito retrahenti auferri nequit, cum nemo conſilium ſuum in alterius detrimentum mutare poſſit. *L. 11. 54. 55. d. Reg. I.* factum enim unicuique ſuum, non vero alii nocere debet. *L. 155. d. R. J.* & quotiescunque alteri jus quæſitum, voluntatis mutatio nullum amplius locum invenit, *L. fin. C. d. pact.* Plebſt. *ad J. Pr. W. p. 2. th. 165.* Bocer. *cl. 3. diſp. 22. th. 50.* Frommann. *th. 24.* D. Harpprecht. *conſ. 64. n. 204. & 209. ſeqq.* Müller ad Struvium *Ex. 23. th. 60. lit. r.* niſi tamen nullam aliam rationem à contractu recedendi allegare poſſet, quam vt retrahens ab hoc ſuo jure arceatur, ſic fraudis conſilio à retractu reſiliret. Be-

ſold. *conſ. 83. n. 46.* D. Harpprecht. *conſ. 94. n. 207.* in Ducatu Wurtenbergico, ſi per lapſum 14. dierum, judicialem contractus inſinuationem, traditionem rei vel ſolutionem pretii, pro parte vel in totum, venditio conſummata, ſic res non amplius integra ſit. J. P. W. *p. 2. tit. 13. §.* ſo bald *& ſeqq.* Lauterb. *d. Arrha. th. 115.* D. Harpprecht. *conſ. 15. n. 39. & Reſp. 4. n. 21. ſeqq.* facultas utique pœnitendi excluditur, neque in præjudicium retrahentis à contractu abire poſſunt, quod tamen, ſi nullus ex quatuor modis pœnitentiam excludendi intervenerit, contrahentibus absque fraude licitum eſt, per deducta D. Harpprecht. *conſ. 94. n. 203. & 204.* Simili modo quidem retrahens, ſi depoſitum pretium, antequam emtor id ad ſe recepit, repetit, invito emtore pœnitere poteſt. Bocer. *cl. 3. diſp. 22. th. 51.* quodſi autem emtor pecuniam ſponte accepit & rem emtam ſe reſtituturum promittit, neque emtor, neque retrahens, amplius pœnitere poſſunt. J. P. W. *p. 2. tit. 16. pag. 296.* cum res non amplius ſit integra & pœnitentia haud mature declarata arg. *L. 6. C. de Reſc. vend.* Frommann. *th. 104.* Styk. *d. S. A.| J. diſſ. 6. cap. 4. §. 40.* multo minus retrahens poſt ſententiam à ſe impetratam, emtore invito, à retractu recedere & pœnitere valet. Berlich. *p. 2. concl. 41. n. 46.* Reinking. *d. retr. conſang. quæſt. 5. n. 92. ſeqq.* Knipſchild. *d. nob. Imp. immed. lib. 3. cap. 9. n. 141.* quamvis hic diſſentiant Bocer. *cl. 3. diſp. 22. th. 5.* Fauſt. *d. retractu. quæſt. 3.* Struv. *Exerc. 23. th. 66.* Tiraquell *d. retr. lin. §. 36. gl. 2. n. 24. ſeqq.* & in medio litis proceſſu, imo poſt latam ſententiam, pœnitentiam non rejiciunt, modo emtori refundantur expenſæ litis, cum quilibet favori pro ſe introducto renunciare queat. *L. 41. d. minor. L. penult. C. d. pact.* neque commodum ſententiæ in eum redundare poſſit, in quem invitum eſt lata. *L. 69. d. R. J.* Stryk. *c. l.* porro ſi retrahens ſolennia oblationis & depoſitionis neglexit, juxta ſcripta in §. 19. emtor retractum denegare poteſt, neque tamen hic neglectus illum neceſſitati ſubjicit, ut denegare teneatur, ſed nihilominus retractum amplecti, ſicque ſuo favori renunciare poteſt, uti quoque venditori nullum jus competit ad retrahentem, per exceptionem non obſervatorum ſolemnium, â retractu repellendum, cum ex jure tertii deſumta eſſet, reclamante jure, Frommann. *Th. 81.* Uti quoque non uſus re-

tra-

trahentes à præſenti alienatione excludit, quoad futuras autem alienationes jus reluendi ſalvum manet, per ſcripta *in §. XXIII.* Denique non ambigendum, quod potius jus habens, illum, qui minori jure munitus eſt, vincat & intra annum repellat, juxta ſcripta in §. XIII.

TANTUM!

# *SUMMARIA.*

§. I. *Jus retractus multis litibus obnoxium, neque in Jure Civili & Canonico, neque v. F. 13. plene fundatum, ſed ex moribus & Juribus Germanicis potius deducendum, quæ variantia & particularia ſunt.*

§. II. *Diſmembratio & diviſio bonorum unitorum multis in locis prohibita & incorporatio ſtabilita.*

§. III. *Oſtenditur, quomodo retractus vicinitatis & jus congrui inter ſe & ab aliis retractus ſpeciebus differunt.*

§. IV. *Similiter quomodo retractus partialis & cenſualis inter ſe diſcrepant, & quatenus ob cenſum communem jus congrui convenit, adduntur quædam de reunione generaliter.*

§. V. *Exhibet definitionem & diviſiones retractus cenſualis.*

§. VI. *Qui ſe fundat in LLatoris voluntate expreſſa & tacita, particulari magis quam univerſali.*

§. VII. *Retractus cenſualis quatenus pro odioſo vel favorabili habendus?*

§. VIII. *Eſt introductus ob difficultatem exigendi cenſus & ſervitia.*

§. IX. *Requiritur venditio perfecta, licet traditio nondum intervenerit; ac valida, ex cauſa oneroſa, inter vivos ac ad dominium transferendum habili facta alienatio; excipitur caſus, ubi fides emtoris ſingulariter electa, vel pactum nullitatis abſque fraude adjectum.*

§. X. *Præſupponit venditionem & talia negotia, quæ vicem emtionis ſuſtinent; hinc excluditur permutatio, niſi in nonnullis caſibus exceptis.*

§. XI. *Retrahere poſſunt ſaltem poſſeſſores prædiorum, qui communem cenſum uni eidemque domino cum fundo alienato præſtant, ſive majorem vel minorem partem extra concurſum poſſident, ſive divites vel pauperes ſunt, & mutuo accepta pecunia retrahunt, vix tamen forenſes, bene tamen Profeſſores.*

§. XII. *Exercetur retractus cenſualis contra emtorem, qui fundum cum retrahentis fundo unum & communem cenſum præſtantem emit & poſſidet. Neque contra dominum directum datur, ſed contra cognatos & affines, niſi inter parentes & liberos emtio venditio celebrata, vel aliud ſtatutum.*

§. XIII. *Retractus cenſualis præfertur territoriali, municipali & conventionali, non tamen domino directo. Inter ſe, ille, qui majorem partem fundi, non cenſus, proprio jure poſſidet, jus prælationis habet, niſi duplex retractus municipalis & cenſualis concurrat; his deficientibus, prioritati temporis & ſorti prælatio committenda. Emens, ſi æqualem vel potiorem partem fundi poſſidet, ſecus ſi minorem, manutenendus eſt.*

§. XIV. *Obtinet retractus cenſualis non niſi in immobilibus, prædia urbana vel*

*ruſtica,*

ruſtica, ſ. quoad utile vel plenum dominium alienata, ſive parva ſive magna ſint, nihil intereſt, modo cenſum reſervativum ſ. impoſititium, in pecunia, frumento vel vino ſolvant; excipiuntur decimæ.

§. XV. Neque refert, ſi prædia ſervitia præſtare debent, & illa prædiis diviſis realiter inhærent & unita ſunt.

§. XVI. Ex ſimultanea venditione res ſaltem cenſui communi obnoxiæ retrahuntur, niſi aliud pactum ſit, ut una res ſine altera retrahi non debeat, bona tamen fide & ab initio ſtatim; ſi plures res cenſui communi obnoxiæ ſimul venditæ, omnes retrahendæ ſunt.

§. XVII. In alterius commodum nemo retrahit, & ob ſuſpiciones juramento ſe purgare debet, quod contrariam probationem haud excludit; excipiuntur parentes in favorem liberorum retrahentes, neque R. C. cedi poteſt.

§. XVII. Inter annum & diem res retrahenda, niſi alius terminus ſtatutus; dies contractus & intercalaris non computatur; & currit demum à die plenæ ſcientiæ acceptæ à denunciatione vel aliunde.

§. XIX. Pretium conventum, cum expenſis legitimis, eſt ſolvendum, vel deponendum, ubi requiſita oblationis & depoſitionis adducuntur; duplex laudemium non ſolvitur; quid dicendum de terminis ſolutionum? ſolennitates ſtricte obſervandæ & probandæ, ſub amiſſione retractus, neque poſt annum moræ purgatio admittitur, ſecus intra annum, ita ut non obſtet eatenus exceptio rei judicatæ.

§. XX. Nemo hic ſibi ipſi jus dicit, ſed condictionem ex moribus inſtituit, quæ in rem ſcripta eſt, nec active nec paſſive in hæredes tranſit. Res reſtituenda cum fructibus, cum diſtinctione; condictio hæc in foro rei ſitæ & domicilii inſtituitur & judicatur ſecundum jura rei ſitæ: Exhibetur petitum: & formulæ ſententiarum remiſſive. Sin retractus locum habet, ceſſat evictionis præſtatio, & remiſſive dicitur, quis damnum ferre debeat?

§. XXI. Probandum eſt 1.) retractum cenſualem introductum eſſe, & 2.) quod duo hæc prædia communi cenſui ſubjecta, ubi plures modi probandi rejiciuntur & approbantur.

§. XXII. Renuntiatio expreſſa & tacita impedit retractum; uxor cum curatore renuntiat, nec maritus abſque conſenſu uxoris; ſi res illam concernit. Sola præſentia, taciturnitas, ſubſcriptio, recuſatio emtionis, & ſimilis actus renunciationem haud inducunt.

§. XXIII. Ren. tacita ex lapſu anni & diei colligitur; ſed ſi nova alienatio poſtea fit, denuo jus retractus exerceri poteſt, requiritur tamen ad renuntiationem ſcientia veri pretii.

§. XXIV. Minor reſtituitur in integrum contra lapſum anni & diei; quæ majori quoque prodeſt. Majores minime ex capite ignorantiæ, niſi dolo malo pretium ſuppreſſum, vel per errorem vel falſas perſuaſiones ad retractus admiſſionem inducti ſint. Aliud ſi ſciens prudens jus ſuum ſponte ceſſit.

§. XXV. Pœnitentiam contrahentium permittunt, ante traditionem rei & ſolutionem pretii, niſi fraude & dolo recedant. In Würtemb. antequam 14. dies præterlapſi, res tradita, pretium ſolutum, vel inſinuatio facta pœnitentia, excluſa tamen omni fraude, itidem licita. Retrahens ſimiliter pœnitet, recepto nempe pretio depoſito, poſtquam autem emptor pretium ſponte accepit, aut retrahens ſententiam victricem obtinuit, exulat pœnitentia, adduntur nonnulli alii modi excludendi retractum.

(o)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166906-p0067-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166906-p0068-6

Tübingen, Diss., 1741-44
f
ULB Halle 3
004 392 450
Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166906-p0069-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166906-p0070-6

Q. D. B. V.

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS,

DE

# JURE RETRACTUS CENSUALIS,

GERMANICE:

**Zins-Loſungs-Gerechtigkeit/**

Quam

Authoritate

Illuſtris JCtorum Ordinis

In

Perantiqua Eberhardina,

*PRÆSIDE*

**DN. WOLFFGANGO ADAMO SCHÖPFFIO,**

U. J. D. SERENISS. DN. DUCIS WURTEMB. CONSILIARIO ET PANDECT. ET PRAXEOS PROFESS. PUBL. ORD.

*PRO LICENTIA*

Summos in utroque jure honores & Privilegia Doctoralia rite capeſſendi,

Publicæ & ſolenni Eruditorum diſquiſitioni ſubjicit,

JOH. FRIDERICH SEEGER, Stuttgardianus.

*Die Febr. An. MDCCXLIV.*

*TUBINGÆ,*

Typis JOH. DAV. BAUHOFII atque JOH. THEOPH. FRANCKII.

4. 36. 1744 3. 19

Farbkarte #13

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-166906-p0071-2